# DE POETARUM GRAECORUM EPICORUM LYRICORUM TRAGICORUM APUD MYTHOGRAPHOS MEMORIA



DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA
QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS SCRIPSIT

**RUDOLFUS GOEDEL**
TORGAVIENSIS

HALIS SAXONUM
TYPIS WISCHANI ET BURKHARDTI
MDCCCCIX

DE DISSERTATIONE PROBANDA
AD ORDINEM RETTULIT
*CAROLUS ROBERT*

CAROLO ROBERT
SACRUM

Edgarus Martini, vir clarissimus, in praefatione ad Antoninum Liberalem scripta plurima apud hunc auctorem vinctae orationis vestigia versuumque rudera extare praeeuntibus Odero[1]) et Blumio[2]) demonstravit, quae ad Boei carmen ab illo saepius consultum recte rettulit. Simili modo etiam ceteros mythographos, imprimis Apollodorum Diodorum Hyginum, poetarum, quos in enarrandis fabulis secuti sunt, etiam in sermone disiecta membra nobis praebere, quamquam iam ante hos viginti quattuor annos a Maximiliano Mayer (Herm. XX, p. 112 adn. 1) monitum et sine dubio a permultis aliis observatum, a nonnullis, velut ab Augusto Nauckio in fragmentis tragicorum colligendis, occasione data exemplis illustratum, attamen accuratius demonstratum nondum est. Itaque fieri potuit, ut exempli causa Aloisius Rzach in praeclara sua Hesiodi carminum editione, cum cetera testimonia diligentissime conligeret, mythographos fere neglexerit.

Quae cum ita sint, operae pretium visum est inquirere, haec mythographorum consuetudo quam late pateat, quomodo illi in poetarum versibus sive exscribendis sive reddendis se gesserint, quid denique et de singulorum mythographorum indole et de nexu inter eos intercedente et de fontibus eorum elici possit.

Neque tamen in animo est omnem locorum, quam acervavi, congeriem hic proponere; satis habebo singularibus exemplis electis, quomodo haec res se habeat,

---

[1]) De Antonino Liberali, Bonnae 1886.

[2]) De Antonino Liberali, Frisingae 1892.

demonstrare. Initium autem faciam ab eis, quae exemplis a Martinio ex Antonino adlatis simillima sunt.

Itaque si Apollodorus I 33 de Plutone et Proserpina scribit **ῥοιᾶς ἔδωκεν** *αὐτῇ* **φαγεῖν κόκκον**[1]), hymni Homerici in Cererem v. 372 **ῥοιῆς κόκκον ἔδωκε φαγεῖν** *μελιηδέα λάθρῃ* ad verbum reddit vocabulorum tantum ordine paullo immutato et dialecto epica detersa. Quibus perpensis nemo, opinor, contendere audebit mero casu factum esse, quod eiusdem scriptoris de Saturno verba I 6 **πρῶτον** *μὲν* **ἐξεμεῖ τὸν λίθον** accurate versus Hesiodei in theogonia 497 initio respondent **πρῶτον** *δ'* **ἐξείμεσσε λίθον** *πύματον καταπίνων,* nisi quod et tempus verbi et coniunctio copulativa commutata sunt. Neque aliter Diodorus, qui, dum scribit IV 64, 2 *ὁ δὲ Οἰδίπους* **μαθὼν παρά τινος,** finem Euripidis Phoenissarum versus 33 *παῖς οὑμὸς ἢ γνοὺς ἤ* **τινος μαθὼν πάρα** ad verbum reddit, aut, dum de Medea dicit IV 54, 4 *ἀγανακτούσης τῆς γυναικὸς* **καὶ θεοὺς μαρτυρομένης,** ultima verba aperte ex Medeae Euripideae prologi versu 22 *ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς πίστιν μεγίστην* **καὶ θεοὺς μαρτύρεται** deprompsit. Quid, quod vel Hygini de Promethei aquila verba fab. 144 (p. 23, 10 Schmidt): ‚quae **quantum die ederat,** tantum **nocte crescebat**' accuratissime cum Hesiodeis illis in Theogoniae v. 524 *τὸ δ'* **ἀέξατο** *ἶσον ἁπάντῃ* **νυκτός, ὅσον** *πρόπαν* **ἦμαρ ἔδοι** *τανυσίπτερος ὄρνις* congruunt, cum idem in Astrologiae libro II 15 satis habeat eorundem versuum sensum, non verba ita reddere: ‚praeterea (Iupiter) ei admisit aquilam, quae adsidue noctu renascentia iocinora exesset[2])' neque vero Dositheus, dum locum priorem graece vertit, Hesideum illum colorem retineat, sed prorsus corrumpat

---

[1]) Poetarum vocabula, quae mythographi ad verba usurpaverunt, litteris effulgentibus, ea, quae paraphrasibus circumscripserunt, typis diductis significantur.

[2]) cf. Apd. I, 45 *τοὺς λοβοὺς ἐνέμετο τοῦ ἥπατος αὐξανομένου διὰ νυκτός.*

sic scribens: *καὶ ὑπεβλήθη αὐτῷ ἀετός, ὃς τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ δι' ἡμέρας ἐδαπάνα, νυκτὸς δὲ πάλιν ἀνεγεννῶντο.*

Sed fere omnibus his, quos adhuc attulimus, locis imitatio poematum illorum etiam latius patet; quod statim apparebit, cum enuntiata, ex quibus pauca verba tantum excerpsimus, tota inspexerimus. Itaque de Plutone et Proserpina haec Apollodorus: *Διὸς δὲ Πλούτωνι τὴν Κόρην ἀναπέμψαι κελεύσαντος ὁ Πλούτων,* ***ἵνα μὴ*** *πολὺν χρόνον παρὰ τῇ μητρὶ* ***καταμείνῃ, ῥοιᾶς ἔδωκεν αὐτῇ φαγεῖν κόκκον·*** *ἡ δὲ οὐ προιδομένη τὸ συμβησόμενον κατηνάλωσεν αὐτόν.* In quibus quae de Plutonis consilio dicta sunt, hymni versibus 373, 374 respondent: *ἀμφὶ ἓ νωμήσας,* ***ἵνα μὴ μένοι*** *ἤματα πάντα αὖθι παρ' αἰδοίῃ Δημήτερι κυανοπέπλῳ,* nisi quod pro *ἤματα πάντα* substitutum est: *πολὺν χρόνον*, pro nomine deae epithetis epicis exornato: *μητρί,* prorsus eodem modo atque in reddendo versu 372 epitheton epicum *μελιηδέα* omissum est. Contra prima narrationis verba summam earum rerum, quae in hymni versibus 334—370 fusius exponuntur, reddunt, ultima nihil in hymno habere videntur, ad quod referri possint; nam illic Proserpina mali granum edisse non diserte dicitur, cum quivis audientium id ultro intellecturus sit. Sed cave ne praepropere iudicaturi simus. Dicit enim hymni poeta clam mali illud granum a Plutone Proserpinae datum esse, *ῥοιῆς κόκκον ἔδωκε φαγεῖν λάθρῃ*, quod quomodo intellegendum sit, dissentiunt interpretes. Nam quomodo fieri potuit, ut Proserpina non animadverteret granum sibi dari aut ut insciens id ederet? Difficultas augetur posteriore hymni loco, ubi Proserpina Cereri quid sibi acciderit ipsa narrat v. 411 ss. *αὐτὰρ ὁ λάθρῃ ἔμβαλέ μοι ῥοιῆς κόκκον, μελιηδέ' ἐδωδήν.* Atque haec quidem cum antecedentibus fere congruunt, praeterquam quod hic Pluto uxori granum non tradidisse, sed ipse iniecisse dicitur. Sed addit: *ἄκουσαν δὲ βίῃ με προσηνάγκασσε πάσασθαι.* Quae etiamsi cum versibus antecedentibus fortasse ita conciliari possint, ut statuatur Plutonem granum illud furtim

in os Proserpinae ingessisse, tum vi adhibita eam devorare coegisse, tamen cum priore narratione nullo modo concilari possunt. Itaque Mitscherlich et Bücheler hunc versum expungunt. Sed ne sic quidem omnis difficultas tollitur. Nam ut insciae Proserpinae inici granum potuit, ita dari insciae non potuit. Itaque rectius mihi iudicasse videntur ii qui *λάϑρῃ* non ad Proserpinam, sed ad Mercurium vel ad omnes arbitros referunt, praesertim cum Matthiaeum secuti verba sequentia *ἀμφὶ ἓ νωμήσας* idem significare atque Iliadis illud *ἀμφὶ ἓ παπτήνας* (*Δ* 497) statuamus, ut sensus is sit, quem Allen et Sikes anglice ita reddunt: ‚Hades cast glances about him to see whether his action is seen by any one, especially Hermes, who was commissioned by Zeus to restore Persephone to the upper world, and would have thwarthed his design.[1]' Attamen versum ita comparatum esse, ut *λάϑρῃ*, si sola verba spectes, etiam ad Proserpinam referri possit, et concedendum est et eorum interpretum, qui in hunc errorem inciderunt, exemplum docet. Iam Apollodori verbis denuo inspectis quaestio oritur, num ille *λάϑρῃ* verbis *οὐ προιδομένῃ* reddere voluerit. Id quod certum esset, si *ῥοιᾶς ἔδωκεν αὐτῇ φαγεῖν κόκκον οὐ προιδομένῃ* scripsisset. At non ita legitur, sed *οὐ προιδομένῃ τὸ συμβησόμενον κατηνάλωσεν αὐτόν*. Quare cogitari potest Apollodorum non ipsum Hesiodum excerpsisse, sed scriptorem aliquem, qui illum compilaverat, ut hodie apud multos viros doctos enchiridion quoddam hellenisticae aetatis Apollodori, Diodori, Hygini fontem communem fuisse constat, verba autem *τὸ συμβησόμενον* ab Apollodoro suo Marte addita esse, ut intellegeretur, quidnam Proserpina non providisset. Neque inepte hoc fecisset. Nam

---

[1]) At iidem viri docti si praeter illam quam supra commendavimus verbi *λάϑρῃ* interpretationem eam quoque ferri posse putant, ut idem sit atque dolose, ut in Odysseae *ε* 80, nullo modo mihi persuaserunt, neque intellego, quomodo addere possint: ‚i. e. Persephone did not realize the result of eating.'

ut Proserpinam id, quod fiebat, minime latere potuit, ita latere debuit, quod futurum erat: *οὐκ ἔλαθε τὸ συμβαῖνον, ἀλλὰ τὸ συμβησόμενον*. Atqui quis asseveraverit Apollodorum hanc interpretationem audaciorem sane quam veriorem etiam hymni verbis obtrudere dubitasse? Itaque utrum ipse Apollodorus hymnum in Cererem inspexerit necne, in medio relinquamus, sed monemus etiam in praecedenti narrationis Apollodoreae parte, quamquam ab hymno satis diversa est, tamen singulorum hymni versuum memoriam deprehendi. Nam cum legimus I 29 *Δημήτηρ δὲ μετὰ λαμπάδων νυκτός τε καὶ ἡμέρας κατὰ πᾶσαν γῆν ζητοῦσα περιῄει,* sine dubio hymni versus 47. 48 *ἐννῆμαρ μὲν ἔπειτα κατὰ χθόνα πότνια Δηὼ στρωφᾶτ' αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχουσα* ita redduntur, ut pro verbis poeticis pedestria ponantur, paraphrasin igitur versuum illorum habeamus; quod vero pro *ἐννῆμαρ* scriptum est *νυκτός τε καὶ ἡμέρας*, simile quid iam supra invenimus, ubi scriptor verba exempli *ἤματα πάντα* in *πολὺν χρόνον* commutavit. Hic addo paraphrasin: *ἐπετήρησεν ἡ Πραξιθέα*[1]) *καὶ καταλαβοῦσα εἰς πῦρ ἐγκεκρυμμένον ἀνεβόησεν* (I 31), ubi hymni versus 243 ss.: *εἰ μὴ ἄρ' ἀφραδίῃσιν ἐΰζωνος Μετάνειρα νύκτ' ἐπιτηρήσασα θυώδεος ἐκ θαλάμοιο σκέψατο· κώκυσεν δὲ κτλ.* circumscriptos esse neminem fugit. Verbum igitur *ἐπιτηρεῖν* retinuit, contra pro *κώκυσεν* dixit *ἀνεβόησε*. Breviorem etiam paraphrasin, in qua omnia hymni verba commutata sunt, habemus I 29 *ὀργιζομένη θεοῖς κατέλιπεν οὐρανόν,* quibus verbis tres hi hymni versus 91—93 respondent

---

1) Celei uxor hic et paullo post I 38 Praxithea, antea initio capitis 31 Metanira ut in hymno vocatur. Itaque etiam duobus posterioribus locis Aegius Metanirae nomen pro Praxithea restituit, quem Wagner secutus est. Sed res, cum *Πραξιθέα* bis traditum sit, valde incerta est. Potius putaverim primo loco Metanirae nomen ex hymno interpolatum esse, nisi forte duo haec eiusdem personae nomina duobus fontibus diversis debentur. Nam quod Praxitheae nomen in enuntiato, quod ceteroquin hymni versus paraphrasis est, legitur, omnino nihil probat, ut mox videbimus (cf. p. 7).

*χωσαμένη δὴ ἔπειτα κελαινεφέι Κρονίωνι νοσφισθεῖσα θεῶν ἀγορὴν καὶ μακρὸν Ὄλυμπον ᾤχετ' ἐπ' ἀνθρώπων πόλιας καὶ πίονα ἔργα.* Vides *ὀργιζομένη* pro *χωσαμένη*, *οὐρανόν* pro *θεῶν ἀγορὴν καὶ μακρὸν Ὄλυμπον, κατέλιπεν* pro *νοσφισθεῖσα ᾤχετο, θεοῖς* pro *κελαινεφέι Κρονίωνι* substitui, cum in hymno *θεῶν* vocabulum cum *ἀγορήν* coniunctum sit.

Sed haec quidem hactenus. Nunc ad alterum Apollodori locum, qui est de theogonia, nos convertamus. Nam ne ibi quidem exempli, id est Hesiodi, imitatio solis verbis *πρῶτον μὲν ἐξεμεῖ τὸν λίθον* continetur. Theogoniae enim versus sunt (495—497): *ὃν γόνον ἄψ ἀνέηκε μέγας Κρόνος ἀγκυλομήτης νικηθεὶς τέχνῃσι βίηφί τε παιδὸς ἑοῖο,* ***πρῶτον*** *δ'* ***ἐξείμεσσε λίθον,*** *πύματον* ***καταπίνων*** (*πύμαθ' ὃν κατέπινεν* Emperius, alii aliter), Apollodori verba: *ὑφ' οὗ ἀναγκασθεὶς* ***πρῶτον μὲν ἐξεμεῖ*** *τὸν* ***λίθον,*** *ἔπειτα τοὺς παῖδας, οὓς* ***κατέπιεν.*** In quibus quin *ἀναγκασθεὶς* Hesiodeo illi *νικηθεὶς . . βίηφι* respondeat, dubium non est, etiam *καταπίνειν* verbum apud utrumque legitur, sed a mythographo de Saturni liberis, a poeta, ut verba sine dubio corrupta et in codicibus et in editionibus leguntur, de lapide usurpatum. Non nego Apollodorum ita exempli verba commutare potuisse, sed nescio an vel Hesiodi loco melius consulamus, si Roberto suadente scribamus *πρῶτον ἐξείμεσσε λίθον, πύμαθ' οὓς κατέπινεν*: primum lapidem, postremum quos devoraverat exspuit, ita ut Apollodorus verbis *ἔπειτα* (pro *πύματα*) *τοὺς παῖδας, οὓς κατέπιεν* etiam secundam versus illius partem satis accurate reddat. Eo magis mirandum est ceteram fabulae formam apud Apollodorum ab Hesiodea diversissimam esse. Nam cum in Theogonia[1]) Saturnus consilio Telluris, vi et dolo Iovis vincatur[2]), cur vero lapidem et liberos

---

[1]) v. 494 ss.:

*Γαίης ἐννεσίῃσι πολυφραδέεσσι δολωθεὶς*
*ὃν γόνον ἄψ ἀνέηκε μέγας Κρόνος ἀγκυλομήτης.*

[2]) De versione Hesiodea ac de versus 496 genuitate vide, quae disputavit C. Robert Melanges Nicole p. 484.

evomat, non indicatur, apud Apollodorum pro Tellure inducitur Metis[1]), cuius partes apud Hesiodum posteriore demum temporis momento incipiunt, quae viro dato Saturnum vomere cogit. Itaque iuniori alicui narrationi, quae Theogoniae lacunas explere studet, frustula illa Hesiodea immixta sunt. Atque etiam initio fabulae vestigia certorum versuum deprehenduntur. Nam I 4 *ἐπειδὴ* **Γῆ τε καὶ Οὐρανὸς** *ἐθεσπιῴδουν αὐτῷ λέγοντες* **ὑπὸ παιδὸς** *ἰδίου τὴν ἀρχὴν ἀφαιρεθήσεσθαι,* **κατέπινε** *τὰ γεννώμενα* manifesto ex his Hesiodi versibus expressa sunt: 463. 464. 467 *πεύθετο γὰρ* **Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ** *ἀστερόεντος οὕνεκά οἱ πέπρωται ἑῷ* **ὑπὸ παιδὶ** *δαμῆναι . . . . . . . . . . παῖδας ἑοὺς* **κατέπινε.**

Minoris momenti neque tamen neglegendi duae aliae in eadem narratione paraphraseis sunt, I 3 *ἐκ δὲ τῶν σταλαγμῶν τοῦ ῥέοντος* **αἵματος** *(τοῦ Οὐρανοῦ)* **Ἐρινύες** *ἐγένοντο,* quae Theogoniae versibus 183—185 respondent: *ὅσσαι ῥαθάμιγγες γὰρ ἀπέσσυθεν* **αἱματόεσσαι,** *πάσας δέξατο Γαῖα· περιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν γείνατ'* **Ἐρινῦς** *τε κρατεράς κτλ.* et I 7 *καὶ αὐτοὺς (τοὺς Τιτᾶνας) καθείρξαντες ἐν τῷ Ταρτάρῳ τοὺς ἑκατογχείρους κατέστησαν φύλακας,* quibus verbis cum narrationis v. 717—735 summa reddatur, *φύλακες* vocabulum ex horum versuum ultimo depromptum est, cetera ex prioribus (717 ss.), qui sunt: *καὶ τοὺς μὲν ὑπὸ χθονὸς εὐρυοδείης πέμψαν καὶ δεσμοῖσιν ἐν ἀργαλέοισιν ἔδησαν χερσὶν νικήσαντες ὑπερθύμους περ ἐόντας τόσσον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης· τόσον γάρ τ' ἀπὸ γῆς ἐς* **Τάρταρον** *ἠερόεντα.* Qua in paraphrasi cum versus 719 et 729 neglegantur, alter eorum **τόσσον** *ἔνερθ' ὑπὸ* **γῆς, ὅσον οὐρανός** *ἐστ'* **ἀπὸ γαίης** fere iisdem verbis in initio bibliothecae I 2 legitur: *τόπος δὲ οὗτος ἐρεβώδης ἐστὶν ἐν Ἅιδου,* **τοσοῦτον** *ἀπὸ* **γῆς** *ἔχων διάστημα,* **ὅσον ἀπ' οὐρανοῦ γῆ.** En exemplum iis

---

[1]) Itaque nequaquam mirandum est etiam in versu hymni in Cererem reddendo Praxitheam locum Metanirae obtinuisse. Vide supra p. 5 adn. 1.

a quibus profecti sumus suppar. Attamen monendum est illic de Cyclopibus a Caelo, non, ut apud Hesiodum, de Titanibus a Iove in Tartarum deiectis agi. Etiam quae praecedit Cyclopum descriptio I 1 *ὧν ἕκαστος εἶχεν ἕνα* **ὀφθαλμὸν** *ἐπὶ τοῦ* **μετώπου** versus Hesiodei paraphrasis est, nimirum Theogoniae versus 143 *μοῦνος δ'* **ὀφθαλμὸς** *μέσσῳ ἐνέκειτο* **μετώπῳ**.

Similiter Diodorus, cum verbis *θεοὺς μαρτυρομένης*, ut supra ostendi, ex Medeae prologo exscriptis addat *τοὺς ἐπόπτας γενομένους τῶν* **ὅρκων**, procul dubio non solum antecedentis versus initium *βοᾷ μὲν* **ὅρκους**, sed etiam Medeae clarissimum canticum v. 160 ss. ante oculos habet:

> *ὦ μεγάλα θέμι καὶ πότνι' Ἄρτεμι*
> *λεύσσεθ', ἃ πάσχω, μεγάλοις* **ὅρκοις**
> *ἐνδησαμένα τὸν κατάρατον*
> *πόσιν.*

Fortasse etiam versuum 492—493 *ὅρκων δὲ φρούδη πίστις οὐδ' ἔχω μαθεῖν, εἰ θεοὺς νομίζεις τοὺς τότ' οὐκ ἄρχειν ἔτι κτλ.* non immemor erat, cum pergeret: *φασὶ τὸν Ἰάσονα καταφρονήσαντα τῶν ὅρκων γῆμαι τὴν τοῦ βασιλέως θυγατέρα.* Quod eo magis memoria dignum est, quod, quae tum narratur, fabula minime Euripidea, sed ab alio poeta, aperte Euripidis imitatore, qui praeter Medeam etiam Peliadas in usum suum convertit, inventa est. Hac autem narratione ad finem perducta Diodorus fabulae Euripideae argumentum adnectit praemissis verbis: *τινὲς δὲ τῶν συγγραφέων φασίν.* Contra ea, in qua alterum Euripidis frustulum invenitur, de Oedipode narratio IV 64, 1—2 omnino nihil aliud est quam prologi Phoenissarum paraphrasis, quae alia quoque poeseos rudera sive ad verbum exscripta sive in sermonem pedestrem translata continet. Id, quod operae pretium erit Iocastae et Diodori verbis iuxta positis illustrare:

| Eur. Phoen. | Diodor. IV 64, 1 s.[1]) |
|---|---|
| 13 ***γαμεῖ δὲ Λάιός μ᾽·*** *ἐπεὶ δ᾽* ***ἄπαις ἦν*** *χρόνια λέκτρα τἄμ᾽ ἔχων ἐν δώμασιν, ἐλθὼν ἐρωτᾷ Φοῖβον ἐξαιτεῖ θ᾽ ἅμα παίδων ἐς οἴκους ἀρσένων κοινωνίαν.* | ***Λάιος*** *ὁ Θηβαίων βασιλεὺς* ***γήμας*** *Ἰοκάστην τὴν* ***Κρέοντος*** *καὶ χρόνον ἱκανὸν* ***ἄπαις*** *ὢν ἐπηρώτησε τὸν θεὸν περὶ τέκνων γενέσεως.* |
| 17 *ὃ δ᾽ εἶπεν· ὦ Θήβαισιν εὐίπποις ἄναξ, μὴ σπεῖρε* ***τέκνων*** *ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ·* ***εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ᾽,*** *ἀποκτενεῖ σ᾽ ὁ φύς* ***καὶ πᾶς*** *σὸς* ***οἶκος*** *βήσεται δι᾽ αἵματος.* | *τῆς δὲ Πυθίας δούσης χρησμὸν αὐτῷ μὴ συμφέρειν γενέσθαι* ***τέκνα*** *(τὸν* ***γὰρ*** *ἐξ αὐτοῦ* ***τεκνωθέντα παῖδα*** *πατροκτόνον ἔσεσθαι* ***καὶ πᾶσαν*** *τὴν* ***οἰκίαν*** *πληρώσειν μεγάλων ἀτυχημάτων).* |
| 21 *ὃ δ᾽ ἡδονῇ δοὺς εἴς τε βακχεῖον πεσὼν ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα καὶ σπείρας βρέφος* — — — — — — — — — — — | *ἐπιλαθόμενος τοῦ χρησμοῦ καὶ γεννήσας υἱὸν* |
| 25 *δίδωσι βουκόλοισι* ***ἐκθεῖναι βρέφος σφυρῶν σιδηρᾶ*** *κέντρα διαπείρας μέσον. ὅθεν νιν Ἑλλὰς* ***ὠνόμαζεν Οἰδίπουν.*** | ***ἐξέθηκε*** *τὸ* ***βρέφος*** *διαπερονήσας αὐτοῦ τὰ* ***σφυρὰ σιδήρῳ·*** *δι᾽ ἣν αἰτίαν* ***Οἰδίπους*** *ὕστερον* ***ὠνομάσθη.*** |
| 28 ***Πολύβου*** *δέ νιν* ***λαβόντες*** *ἱπποβούκολοι φέρουσ᾽ ἐς οἴκους εἴς τε δεσποίνης χέρας ἔθηκαν. ἣ δὲ τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον* | *οἱ δὲ οἰκέται* ***λαβόντες*** *τὸ παιδίον ἐκθεῖναι μὲν οὐκ ἠθέλησαν, ἐδωρήσαντο δὲ* |

[1]) Eandem Euripidei prologi paraphrasin, cui Diodorus sua debet, etiam Apollodorum expilasse modo diligentius quam ille eam describentem modo ea, quae memoratu digna non habebat, praetermittentem, attamen simul Euripidem ipsum consulentem, si singula verba inter se comparaveris, statim perspicies. Quare conferas quaeso

bibl. III, 48 s. *καὶ* ***γήμας*** *θυγατέρα Μενοικέως, ἣν ἔνιοι μὲν Ἰοκάστην . . λέγουσι, χρήσαντος τοῦ θεοῦ* ***μὴ*** *γεννᾶν (τὸν γεννηθέντα* ***γὰρ*** *πατροκτόνον ἔσεσθαι)* ***ὁ δὲ*** *οἰνωθεὶς συνῆλθε τῇ γυναικί. καὶ τὸ γεννηθὲν* ***ἐκθεῖναι δίδωσι νομεῖ,*** *περόναις διατρήσας τὰ* ***σφυρά.*** *ἀλλ᾽ οὗτος μὲν ἐξέθηκε εἰς* ***Κιθαιρῶνα*** (cf. v. 24 *λειμῶν᾽ ἐς Ἥρας καὶ* ***Κιθαιρῶνος*** *λέπας),* ***Πολύβου*** *δὲ βουκόλοι, τοῦ Κορινθίων βασιλέως, τὸ βρέφος εὑρόντες πρὸς τὴν αὐτοῦ γυναῖκα Περίβοιαν ἤνεγκαν.*

μαστοῖς ὑφεῖτο καὶ πόσιν πείθει τεκεῖν.

τῇ **Πολύβου** γυναικὶ οὐ δυναμένῃ γεννῆσαι παῖδας.

32 ἤδη δὲ πυρσαῖς γένυσιν **ἐξανδρούμενος**
**παῖς** οὑμὸς ἢ γνοὺς ἤ **τινος μαθὼν πάρα**
ἔστειχε τοὺς φύσαντας ἐκμαθεῖν θέλων
πρὸς δῶμα Φοίβου, Λάιός θ᾽ οὑμὸς πόσις
τὸν **ἐκτεθέντα** παῖδα μαστεύειν θέλων,
εἰ μηκέτ᾽ εἴη.

μετὰ δὲ ταῦτα **ἀνδρωθέντος** τοῦ **παιδὸς** ὁ μὲν Λάιος ἔκρινεν ἐρωτῆσαι τὸν θεὸν περὶ τοῦ βρέφους τοῦ **ἐκτεθέντος**. ὁ δὲ Οἰδίπους **μαθὼν παρά τινος** τὴν καθ᾽ ἑαυτὸν ὑποβολὴν ἐπεχείρησεν ἐπερωτῆσαι τὴν Πυθίαν περὶ τῶν κατ᾽ ἀλήθειαν γονέων.

Hic paullulum subsistamus. Videmus paraphrasin modo accuratius ad versus tragoediae se applicare modo liberius vagari. Bis vero etiam in re Diodorus ab Euripide differt; nam cum apud illum Laius voluptate et vino victus cum uxore concubuisse dicatur, Diodorus oraculi eum oblitum fuisse contendit, res profecto prorsus incredibilis. Porro apud Euripidem Polybi bubulci infantem expositum inveniunt et ad reginam suam ferunt, apud Diodorum Laii servi infantem exponere iussi dicto non audientes Polybi uxori donant, res non minus veri dissimilis. Nam quid Laii servis cum Corinthi regina? Itaque haec Diodorum ex alio fonte hausisse nullo modo a me impetrare possum, ut credam, immo has discrepantias aut scriptoris socordiae aut brevitatis studio tribuendas censeo. Et certe brevitatis studium in eo deprehenditur, quod pergit: *κατὰ δὲ τὴν Φωκίδα τούτων ἀλλήλοις ἀπαντησάντων ὁ μὲν Λάιος ὑπερηφάνως ἐκχωρεῖν τῆς ὁδοῦ προσέταττεν,* cum in Phoenissis non solum Laii auriga id iubeat, sed tota res multo uberius perscribatur, tota res praeter ipsum parricidium. Nam de hoc Iocasta pudoris plena: *ὅθεν,* inquit, — *τί τἀκτὸς τῶν κακῶν με δεῖ λέγειν;* — *παῖς πατέρα*

---

ἡ δὲ ἀνελοῦσα ὑποβάλλεται.

*καίνει καὶ λαβὼν ὀχήματα Πολύβῳ τροφεῖ δίδωσιν.* Contra Diodorus: *ὁ δ' Οἰδίπους ὀργισθεὶς ἀπέκτεινεν τὸν Λάιον ἀγνοῶν, ὅτι πατὴρ ἦν αὐτοῦ,* neque quicquam de curru capto. Atque similiter Apollodorus III, 51 *ἀγανακτήσας Οἰδίπους καὶ Πολυφόντην καὶ Λάιον ἀπέκτεινε καὶ παρεγένετο εἰς Θήβας.* Qui consensus fortasse ideo casui tribuendus non est, quod etiam ea, quae apud Diodorum de Sphinge secuntur, quae quam brevissimis verbis Iocasta absolvit, cum Apollodori narratione III 52—55 satis accurate consentiunt, cum prior pars huius narrationis, quamquam ne in ea quoque Phoenissarum vestigia prorsus desunt, tamen multis in rebus a Diodoro differat. Itaque de Sphinge utrumque mythographum eundem fontem exhaussisse statuendum est, praesertim cum etiam ultima huius particulae apud utrumque fere eadem sint; nam ita Apollodorus III 55: *ἡ μὲν οὖν Σφὶγξ ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ἑαυτὴν ἔρριψεν, Οἰδίπους δὲ καὶ τὴν βασιλείαν παρέλαβε καὶ τὴν μητέρα ἔγημεν ἀγνοῶν, καὶ παῖδας ἐτέκνωσεν ἐξ αὐτῆς Πολυνείκην καὶ Ἐεοκλέα, θυγατέρας δὲ Ἰσμήνην καὶ Ἀντιγόνην.* Diodorus autem: *ἐνταῦθα τὴν μὲν Σφίγγα κατὰ τὸν μυθολογούμενον χρησμὸν ἑαυτὴν κατακρημνίσαι, τὸν δὲ Οἰδίπουν γήμαντα τὴν ἀγνοουμένην ὑφ' ἑαυτοῦ μητέρα γεννῆσαι δύο μὲν υἱοὺς Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην, δύο δὲ θυγατέρας Ἀντιγόνην καὶ Ἰσμήνην.* Nullum[1]) igitur in hac Diodoreae narrationis parte IV 65, 3, 4 inest Euripidis vestigium, ne in illis quidem, quae de Creontis edicto narrantur. Nam in Phoenissis victori nihil praeter Iocastes coniugium promittitur v. 47 ss.,

*Κρέων ἀδελφὸς τἀμὰ κηρύσσει λέχη,*
*ὅστις σοφῆς αἴνιγμα παρθένου μάθοι,*
*τούτῳ συνάψειν λέκτρα.*

---

[1]) Nisi forte apud Diodorum *ἀγνοουμένην* vocabulum ad Phoen. v. 55

*γαμεῖ δὲ τὴν τεκοῦσαν, οὐκ εἰδὼς τάλας*
*οὐδ' ἡ τεκοῦσα παιδὶ συγκοιμωμένη.*

spectat; cf. Apd. l. l. *ἔγημε ἀγνοῶν,* Hyg. l. l. inscius accepit.

contra apud Apollodorum et Diodorum praeterea etiam regnum: Apollod. III 54 *κηρύσσει Κρέων τῷ τὸ αἴνιγμα λύσαντι*[1]) *καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τὴν Λαίου δώσειν γυναῖκα*, Diodor. IV 65, 3 *προτιθεμένου δὲ ἐπάθλου φιλανθρώπου τῷ λύσαντι γαμεῖν τὴν Ἰοκάστην καὶ βασιλεύειν τῶν Θηβῶν*. Atque omnibus his in rebus cum Apollodoro et Diodoro plane consentit Hyginus, fab. 77 p. 73, qui de Laii morte: 'Oedipus iratus inscius patrem suum de curru detraxit et occidit', de Creontis edicto: 'rex re audita per Graeciam edixit, si Sphingae carmen solvisset, regnum et Iocasten sororem suam ei in coniugium daturum promisit', de Oedipi coniugio: 'Oedipus regnum paternum et Iocosten matrem inscius accepit uxorem, ex qua procreavit Eteoclem et Polynicem, Antigonam et Ismenen.' At quod modo dixi nullum in hac Diodoreae narrationis parte Euripidis esse vestigium, scrupulum movere potest, quod apud eum Oedipi liberi eodem ordine enumerantur atque in Phoenissis, ita ut inter filios Eteocles, inter filias Antigone natu maior sit[2]), cum apud Apollodorum ordo inversus sit. Sed cum etiam Hyginus hac in re cum Diodoro faciat, cogitari potest Apollodorum ordinem, quem apud auctorem illum communem invenerat, suo Marte immutavisse, fortasse quod paullo post eam formam fabulae, quae Polynicem primum sceptrum tenuisse vult, Sophocleam scilicet, primo loco commemorat III 57. At ita non explicatur, cur etiam Ismenen natu maiorem esse dixerit. Qua de causa veri similius esse videtur et Hyginum et Diodorum hac in re se ad Phoenissas applicuisse. Nam ille certe statim ad hunc suum fontem revertit:

---

[1]) *λύσοντι* cod., em. Herch.

[2]) 55 *τίκτω δὲ παῖδας παιδὶ δύο μὲν ἄρσενας*
*Ἐτεοκλέα κλεινήν τε Πολυνείκους βίαν,*
*κόρας τε δισσάς· τὴν μὲν Ἰσμήνην πατὴρ*
*ὠνόμασε, τὴν δὲ πρόσθεν Ἀντιγόνην ἐγώ.*

Phoen.

63 ἐπεὶ δὲ τέκνων γένυς ἐμῶν σκιάζεται,
κλῄθροις ἔκρυψαν πατέρα.

71 ξύμβάντ᾽ ἔταξαν τὸν νεώτερον πάρος
φεύγειν ἑκόντα τήνδε Πολυνείκην χθόνα,
Ἐτεοκλέα δὲ σκῆπτρ᾽ ἔχειν μένοντα γῆς
**ἐνιαυτὸν** ἀλλάσσοντ᾽.

ἐπεὶ δ᾽ ἐπὶ ζυγοῖς
καθέζετ᾽ ἀρχῆς, οὐ μεθίσταται θρόνων,

**φυγάδα** δ᾽ ἀπωθεῖ τῆσδε Πολυνείκην χθονός.
ὃ δ᾽ **Ἄργος** ἐλθὼν κῆδος **Ἀδράστου** λαβὼν κτλ.

Diodor. IV 65, 1.

τῶν δ᾽ υἱῶν ἀνδρωθέντων καὶ τῶν περὶ τὴν οἰκίαν ἀσεβημάτων γνωσθέντων, τὸν μὲν Οἰδίπουν ὑπὸ τῶν υἱῶν ἔνδον μένειν ἀναγκασθῆναι διὰ τὴν αἰσχύνην, τοὺς δὲ νεανίσκους παραλαβόντας τὴν ἀρχὴν ὁμολογίας θέσθαι πρὸς ἀλλήλλους παρ᾽ **ἐνιαυτὸν** ἄρχειν. πρεσβυτέρου δ᾽ ὄντος Ἐτεοκλέους τοῦτον πρῶτον ἄρχειν, καὶ διελθόντος τοῦ χρόνου μὴ βούλεσθαι παραδιδόναι τὴν βασιλείαν. τὸν δὲ Πολυνείκην κατὰ τὰς ὁμολογίας ἀπαιτεῖν τὴν ἀρχήν. τοῦ δὲ ἀδελφοῦ μὴ ὑπακούοντος **φυγεῖν** εἰς **Ἄργος** πρὸν **Ἄδραστον** βασιλέα.[1])

Quamquam Diodoro cum Euripide unum tantum praeter nomina propria vocabulum commune est, tamen

---

[1]) cf. Apd. III, 57 περὶ τῆς βασιλείας συντίθενται πρὸς ἀλλήλους καὶ αὐτοῖς δοκεῖ τὸν ἕτερον παρ᾽ **ἐνιαυτὸν** ἄρχειν... πρῶτον Ἐτεοκλέα ἄρξαντα μὴ βούλεσθαι παραδοῦναι τὴν βασιλείαν· **φυγαδευθεὶς** οὖν Πολυνείκης ἐκ Θηβῶν ἧκεν εἰς Ἄργος.

nemo negare audebit eum versuum iuxta positorum paraphrasin praebere. Atque singula percensere longum est; hoc unum moneo versum 63 eodem modo reddi atque versum similem 32 et *ἀνδρωθέντων* vocabulum ex priore illo versu depromptum esse. Ceterum animadvertendum est Diodorum, dum ab uno fonte ad alterum transit, Oedipodis excaecationem narrare prorsus oblivisci.

Iam ex eis, quae adhuc cognovimus, exemplis elucet poetarum, si non ipsa verba, at sententiarum structuram fere semper servari. Maxime vero Apollodorus singulos versus aut verborum ordine immutato aut in pedestrem sermonem translatos aut in brevius contractos narrationi suae aliunde petitae inserere solet. Exempli causa, quae III 77 de Amphiarai morte narrantur: ***Ἀμφιαράῳ*** *δὲ* ***φεύγοντι*** *παρὰ ποταμὸν* ***Ἰσμηνοῦ, πρὶν*** *ὑπὸ* ***Περικλυμένου*** *τὰ* ***νῶτα*** *τρωθῇ,* ***Ζεὺς κεραυνὸν*** *βαλὼν τὴν γῆν διέστησεν. ὃ δὲ σὺν τῷ ἅρματι καὶ τῷ ἡνιόχῳ Βάτωνι, ὡς δὲ ἔνιοι, Ἐλάτωνι* ***ἐκρύφθη*** Pindari verba (Nem. IX 24—27) *ὁ δ'* ***Ἀμφιαρεῖ*** *σχίσσεν* ***κεραυνῷ*** *παμβίᾳ* ***Ζεὺς*** *τὰν βαθύστερνον χθόνα,* ***κρύψεν*** *δ' ἅμ' ἵπποις, δουρὶ* ***Περικλυμένοιο πρὶν νῶτα*** *τυπέντα μαχατὰν θυμὸν αἰσχυνθῆναι* satis accurate reddere iam M. Mayer l. l. observavit. Addi potest, quod Amphiaraus ad Ismeni ripam fugere dicitur, quamquam de ea re nihil in versibus exscriptis legimus, tamen id quoque ex eodem Pindari carmine depromptum est, in quo paullo antea septem heros ***Ἰσμηνοῦ*** *δ' ἐπ' ὄχθαις* dulci in patriam reditu privati esse dicuntur.[1]) Atque cum multa exempli sui vocabula Apollodorus retineat, *τρωθῇ* pro *τυπέντα, τὴν γῆν διέστησεν* pro *σχίσσεν τὰν χθόνα, σὺν τῷ ἅρματι* pro *ἅμ' ἵπποις* substituta sunt. Atqui prorsus easdem poeticarum horum vocabulorum interpretationes in paraphrasi in scholiis nostris ad versum 24 adscripta invenimus: *ὁ δὲ* ***Ζεὺς*** *τῷ* ***Ἀμφιαράῳ*** *διέσχισε καὶ διέστησε τὴν γὴν τὴν πλατεῖαν ἄνωθεν*

---

[1]) *φεύγοντι* vero ex versu subsequenti 27 *ἐν γὰρ δαιμονίοισι φόβοις φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶν* sumptum est.

*ἐπιπέμψας* ***κεραυνὸν*** *τὸν πάντα βιάζεσθαι δυνάμενον, καὶ οὕτως ὑπὸ τὴν γῆν* ***ἐκρύφθη*** *ὁ Ἀμφιάραος ἅμα τῷ ἅρματι τῷ ἑαυτοῦ,* ***πρὶν*** *ἢ τῷ τοῦ* ***Περυκλυμένου δόρατι*** *τρωθῆναι τὰ* ***νῶτα φεύγοντος*** *αὐτοῦ*, qui consensus eius modi est, ut casui nullo modo tribui possit, praesertim cum etiam *φεύγειν* vocabulum, quo Pindarus v. 27 demum utitur, et ab Apollodoro et in paraphrasi iam in initio narratiunculae usurpetur, in illa sane etiam in fine repetitum. Itaque Apollodorum aut pro Pindaro paraphrasin eius legisse aut, quod magis adridet, Pindari exemplo paraphrasi instructo[1]) usum esse necesse est. Quae quamquam ei paraphrasi, quam in scholiis nostris legimus, similis, tamen non prorsus eadem erat, cum Pindari dativus *κεραυνῷ* illic verbis *ἄνωθεν ἐπιπέμψας κεραυνόν*, ab Apollodoro autem verbis *κεραυνὸν βαλών* reddatur. Atque in eadem paraphrasi, quae, ut fieri solebat, cum brevi commentario coniuncta fuisse videtur, Apollodorus sine dubio ea quoque invenit, quae de Amphiarai auriga sive Batone sive Elatone addit, de quo Pindarus tacet.

Simili modo praepositione tantum immutata eisdem verbis quamquam paullo aliter collocatis Isthm. VIII versus 30 ***Ζεὺς*** *ὅτ' ἀμφὶ* ***Θέτιος*** *ἀγλαός τ'* ***ἔρισαν Ποσειδᾶν γάμῳ*** ab Apollodoro adfertur III 168, ubi de Peleo dicit: *αὖθις δὲ γαμεῖ* ***Θέτιν*** *τὴν Νηρέως, περὶ ἧς τοῦ* ***γάμου Ζεὺς*** *καὶ* ***Ποσειδῶν ἤρισαν.*** Quae vero addit: ***Θέμιδος*** *δὲ θεσπιῳδούσης ἔσεσθαι τὸν ἐκ ταύτης γεννηθέντα κρείττονα* ***τοῦ πατρὸς*** *ἀπέσχοντο* paraphrasis sunt eiusdem carminis versuum 31—34 *εἶπεν εὔβουλος ἐν μέσοισι* ***Θέμις,*** *οὕνεκεν πεπρωμένον ἦν φέρτερον γόνον ἄνακτα* ***πατρὸς*** *τεκεῖν ποντίαν θεόν, ὅς κεραυνοῦ τε κρέσσον ἄλλο βέλος διώξει χερὶ τριόδοντός τ' ἀμαιμακέτου*, qua in paraphrasi *θεσπιῳδούσης* Pindari illis *εἶπεν . . . ὅτι πεπρωμένον ἦν* et *ἔσεσθαι τὸν ἐκ ταύτης γεννηθέντα* verbis *γόνον . . . τεκεῖν* respondent; quod vero *φέρτερον* vocabulum

---

[1]) Tali Arati exemplo Avienum, Apollonii Valerium Flaccum usum esse nemo est qui nesciat. V. Robert, Eratosthenis catasterismorum reliquiae, p. 26. Maas, Aratea, p. 252, 315.

poeticum vocabulo *κρείττονα* interpretatur, id ei ultro obtulerunt Pindari verba sequentia ceteroquin ab eo neglecta, ubi de Iovis fulmine et Neptuni tridente agitur.

Porro Apollodorum narrationi suae de apro Calydonio Bacchylidis versuum aliquorum paraphrasin inseruisse iam Robert monuit (Herm. XXXIII 1898 p. 154/5). Sed cum non desint, qui dubitaverint, operae pretium est utriusque verbis iuxta positis rem denuo probare.

| Bacchylides V 103 ss. | Apollodorus I 66 |
| --- | --- |
| *ἀλλ' ἀνίκητον θεὰ* | |
| *ἔσχεν χόλον· εὐρυβίαν ἔσσευε κούρα* | *ἡ δὲ μηνίσασα* |
| ***κάπρον** ἀναιδομάχαν* | ***κάπρον** ἐφῆκε ἔξοχον* |
| *ἐς καλλίχορον Καλυδῶ-* | *μεγέθει τε καὶ* |
| *ν', ἔνθα πλημμύρων σθένει* | *ῥώμῃ*[1]*,* |
| *ὄρχους ἐπέκειρεν ὀδόντι,* | *ὃς τὴν τε γῆν ἄ-* |
| | *σπορον ἐτίθει* |
| *σφάζε τε μῆλα* | *καὶ τὰ βοσκήματα* |
| *βροτῶν* | *καὶ τοὺς ἐντυγχά-* |
| *θ' ὅστις εἰσάνταν μόλοι.* | *νοντας διέφθειρεν.* |

In his quamquam praeter *κάπρον* nullum omnino exempli vocabulum superest, tamen paraphraseos verba Bacchylidis verbis accurate respondent, nisi quod nonnulla magis poetice dicta neglecta sunt.

Ceterum monendum est talia etiam in historiis, quae scholiis insertae sunt, inveniri. Velut Ixionis fabula et ad Odysseam *φ* 303 et ad Apollonium III 62 et ad Euripidis Phoenissas 1185 maxime secundum Pindari carmen Pythicum II enarratur, cuius etiam nomen in fine scholii Homerici adscriptum est. Atque omnibus his locis etiam singulorum versuum rudera deprehendimus: in scholiis Homericis verba *παῖς Ἰξίονος διφυὴς* ***τὰ μὲν κατώτερα*** *μέρη τῆς* ***μητρὸς*** *ἔχων (αἱ γὰρ νεφέλαι ἵπποις ἐοίκασι),* ***τὰ δ'*** *ἀνώτερα μέρη ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ μέχρι τῆς κεφαλῆς τοῦ* ***πατρὸς*** *Ἰξίονος*

---

[1]) De hac formula quae Apollodoro in deliciis est vide Robert, de Apollodori bibliotheca p. 41.

versum 48 **τὰ ματρόθεν μὲν κάτω τὰ δ' ὕπερθε πατρός** satis accurate reddunt, non sine errore quodam in eis, quae scholiasta de suo addidit; neque enim apud Pindarum Ixionis filii Centauri sunt, sed nepotes; *πατρός* autem non ad Ixionem, sed ad eius et Nubis filium, primum Centaurum, qui tamen figura humana erat, spectat. Persimilis, sed multo brevior paraphrasis est scholiorum Pindaricorum: **τὰ μὲν κάτω** *ἐμφερεῖς* **τῇ μητρί, τὰ δὲ ἄνω τῷ πατρί,** quae tamen *πατρός* recte interpretantur. Sed idem error atque in scholiis Homericis etiam in scholiis Euripideis reccurrit, ubi idem versus, sed minus accurate sic circumscribitur: *Ἰξίων — ποιεῖ παῖδα διφυῆ, τὰ μὲν ἀνθρώπου ἔχοντα, τὰ δὲ ἵππου.* Etiam apud Hyginum fab. 62, Diodorum IV 69, Servium ad Aen. VI 286, Nonnum 73 (p. 386 West.) centauri biformes Ixionis filii sunt, non nepotes; sed cum illic versus Pindari non adferantur, nulla existit discrepantia, existit apud scholiastam Homericum, quia Nubes formam equae non habebat. Cui ut mederetur, scholiasta procul dubio suo Marte in parenthesi addidit: *αἱ γὰρ νεφέλαι ἵπποις ἐοίκασιν*, ridicule, cum etiam permultis aliis rebus nubes comparari possint. Deinde versus antecedentis 22 *ἐν πτερόεντι* **τροχῷ** *παντᾷ κυλινδόμενον* fere eodem modo rationem habent *ὑπόπτερος* pro *πτερόεις*, *φέρεσθαι* [1]) pro *κυλίνδεσθαι* usurpantes et scholiasta Homeri: **τροχοὺς** *ποιήσας ὑποπτέρους ἔδησε τὸν Ἰξίονα πρὸς τὰς τῶν τροχῶν κνημῖδας καὶ εἴασε κατὰ τοῦ σφαιροειδοῦς φέρεσθαι* et scholiasta Euripidis: *ὁ Ζεὺς ὑποπτέρῳ* **τροχῷ** *τὸν Ἰξίονα δήσας ἀφῆκε τῷ ἀέρι φέρεσθαι*, sed haec in initio narrationis ut apud Pindarum leguntur, illa in fine. Contra versus 40 paraphrasin solus scholiasta Apollonii exhibet, qui Pindari verba *τὸν δὲ* **τετράκναμον** *ἔπραξε* **δεσμὸν** *ἑὸν ὄλεθρον ὅγε* sic reddit: *ποιήσας* **τετράκνημον** *τρόχον καὶ* **δεσμεύσας** *αὐτὸν τιμωρεῖται.* Similiter eam, quam ad II, 498 de Cyrena adscribit, narratiunculam: **διαπαλαίουσα**

---

[1]) *φέρεσθαι* legitur etiam apud Nonnum, qui mox *ἀνακυκλούμενος καὶ καταφερόμενος.*

***δέ ποτε λέοντι*** *ἠγαπήθη ὑπὸ* ***Ἀπόλλωνος*** ex Pythicae odae versibus 26—28 *κίχε νιν* ***λέοντί ποτ'*** *εὐρυφαρέτρας ὀβρίμῳ μούνῳ* ***παλαίοισαν*** *ἄτερ ἐγχέων ἑκάεργος* ***Ἀπόλλων*** petitam esse ipse docet *(περὶ δὲ τῆς Κυρήνης Πίνδαρος ἱστορεῖ ἐν Πυθιονίκαις).* [1])

Sed redeamus ad Apollodorum. Oedipodis de filiis suis in Sophoclis Oedipode Coloneo verba v. 427—429: *οἵ γε τὸν φύσαντ' ἐμὲ οὕτως ἀτίμως πατρίδος ἐξωθούμενον οὐκ ἔσχον* ***οὐδ' ἤμυναν*** ita exprimit Apollodorus III 56: *οἳ τῆς πόλεως αὐτὸν ἐκβαλλόμενον θεωροῦντες* ***οὐκ ἐπήμυναν,*** quae verba sequitur eiusdem fabulae brevis hypothesis: *παραγενόμενος δὲ σὺν Ἀντιγόνῃ τῆς Ἀττικῆς εἰς Κολωνόν, ἔνθα τὸ τῶν Εὐμενίδων ἐστὶ τέμενος, καθίζει ἱκέτης, προσδεχθεὶς ὑπὸ Θησέως, καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀπέθανεν,* antecedit hypothesis Oedipodis regis: *φανέντων δὲ ὕστερον τῶν λανθανόντων* [2]) *Ἰοκάστη μὲν ἐξ ἀγχόνης ἑαυτὴν ἀνήρτησεν, Οἰδίπους δὲ τὰς ὄψεις τυφλώσας,* tum additur *ἐκ Θηβῶν ἠλαύνετο, ἀρὰς τοῖς παισὶ θέμενος,* quae iam ad Coloneum spectant. Itaque duabus Sophoclis hypothesibus trium eiusdem poetae versuum paraphrasis interposita est.

I 91, 92 Apollodorus Tyrus historiam secundum Sophoclis tragoediam narrat. Exordium vero non ex Sophocle, sed ex Odyssea [3]) petitum versuum λ 235—242 paraphrasis est:

| Odyssea. | Apollodorus. |
| --- | --- |
| *ἔνθ' ἤ τοι πρώτην* ***Τυρὼ*** *ἴδον εὐπάτερειαν,*<br>*ἣ φάτο* ***Σαλμωνῆος*** *ἀμύμονος ἔκγονος εἶναι,* | ***Τυρὼ*** *δὲ ἡ* ***Σαλμωνέως*** *θυγάτηρ καὶ Ἀλκίππης παρὰ* |

[1]) Sequentia: *ὃς καὶ ἁρπάσας αὐτὴν διεκόμισεν εἰς τὴν νῦν ἀπ' αὐτῆς λεγομένην Κυρήνην τῆς Λιβύης καὶ μιγεὶς Ἀρίσταιον ἔτεκεν* eorum, quae Pindarus v. 29—75 narrat, summam tantum adumbrant.

[2]) Contra Diodorus IV 65, 1 de eadem re: *τῶν περὶ τὴν οἰκίαν ἀσεβημάτων γνωσθέντων κτλ.*; confer supra p. 13.

[3]) Eodem modo Apollodorus I, 23 Tityi historiae alicunde sublectae Odysseae λ versuum 580 s. ***Λητὼ*** *γὰρ ἥλκησε Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν* ***Πυθώδ' ἐρχομένην*** *διὰ καλλιχόρου Πανοπῆος* paraphrasin inserit: *οὗτος* ***ἐρχομένην*** *εἰς* ***Πυθὼ Λητὼ*** *θεωρήσας πόθῳ κατασχεθεὶς ἐπισπᾶται.*

| | |
|---|---|
| *φῆ δὲ* **Κρηθῆος** *γυνὴ ἔμμεναι Αἰολίδαο·* | **Κρηθεῖ** *τῷ Σαλμωνέως ἀδελφῷ τρεφομένη ἔρωτα ἴσχει* **Ἐνιπέως** *τοῦ* **ποταμοῦ** *καὶ συνεχῶς* **ἐπὶ** *τὰ τούτου* **ῥεῖθρα** *φοιτῶσα ἐπωδύρετο·* |
| **ἣ ποταμοῦ** *ἠράσσατ᾽* **Ἐνιπῆος** *θείοιο,* | |
| *ὃς πολὺ κάλλιστος ποταμῶν ἐπὶ γαῖαν ἵησιν,* | |
| *καί ῥ᾽* **ἐπ᾽** *Ἐνιπῆος πωλέσκετο καλὰ* **ῥέεθρα.** | |
| *τῷ δ᾽ ἄρα εἰσάμενος γαιήοχος ἐννοσίγαιος* | *Ποσειδῶν δὲ εἰκασθεὶς Ἐνιπεῖ* |
| *ἐν προχοῇς ποταμοῦ παρελέξατο δινήεντος* | *συνκατεκλίθη αὐτῇ.* |

Mythographus igitur *ἔρωτα ἴσχει* pro *ἠράσσατ᾽, συνεχῶς φοιτῶσα* pro *πωλέσκετο, εἰκασθεὶς* pro *εἰσάμενος, συγκατεκλίθη* pro *παρελέξατο* substituit. Paullo aliter scholiorum nostrorum paraphrasis pro his verbis *ἔρωτι τούτου, περιεπόλει, ἀπεικάσθη καὶ ὡμοιώθη* exhibet.

Contra eisdem fere verbis ordine tantum immutato duo Hesiodi versus in Persei historia traduntur; nam *τῆς δ᾽ ὅτε δὴ Περσεὺς* **κεφαλὴν** *ἀπεδειροτόμησεν,* **ἔκθορε Χρυσάωρ** *τε μέγας* **καὶ Πήγασος ἵππος** in theogonia (v. 280 s.) legimus, *ἀποτμηθείσης δὲ τῆς* **κεφαλῆς** *ἐκ τῆς Γοργόνος* **ἐξέθορε Πήγασος** *πτηνὸς* **ἵππος καὶ Χρυσάωρ** apud Apollodorum II 42, ubi unum illud *ἀποτμηθείσης* Hesiodi *ἀπεδειροτόμησεν* submovit. Adde II 37, quo in capite de Grais narratur: *ἦσαν δὲ αὗται* **Κητοῦς** *τε καὶ* **Φόρκου,** *Γοργόνων ἀδελφαί, γραῖαι* **ἐκ γενετῆς,** quae ex Theogoniae versibus 270 s. deprompta sunt: **Φόρκυι** *δ᾽ αὖ* **Κητὼ** *Γραίας τέκε καλλιπαρήους,* **ἐκ γενετῆς** *πολιάς, τὰς δὴ Γραίας καλέουσιν.*

Porro Phoenissarum versus 750 s. **τάξω** *λοχαγοὺς πρὸς πύλαισιν, ὡς λέγεις,* **ἴσους ἴσοισι** *πολεμίοισιν ἀντιθείς* II 69 ita exprimuntur: *καταστήσας ἡγεμόνας* **ἴσοις ἴσους ἔταξεν.**

Id quoque fit, ut eiusdem carminis versus diversi contaminentur, velut Odysseae ν 163 ὅς μιν λᾶαν ἔθηκε (sc. Neptunus navem Phaeacum) et verba Alcinoi Nausithei vaticinium referentis ϑ 569 μέγα ἡμῖν **ὄρος πόλει** ἀμφι**καλύψειν** in bibliothecae epitoma hoc modo coniunguntur (7, 25): *Ποσειδῶν δὲ Φαίαξι μηνίσας τὴν μὲν ναῦν ἀπελίθωσε, τὴν δὲ* **πόλιν ὄρει** *περι***καλύπτει,** quorum verborum priora etiam in scholiis T ad ν 163 occurrunt: ὃς τὴν ναῦν ἀπελίθωσεν. Praeterea Apollodori de Ulixe capita, ut minora levioraque mittamus, haec versuum Homericorum rudera continent:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Epit. 7,2 | οἱ τὴν **ἤπειρον** οἰκοῦντες Κίκονες. | ι 49 | **ἤπειρον** ναίοντες. |
| | **ἀφ' ἑκάστης δὲ νεὼς ἓξ** ἀποβαλὼν ἄνδρας. | ι 60 | **ἓξ δ' ἀφ' ἑκάστης νηὸς** ἐϋκνήμιδες ἑταῖροι<br>ὤλονθ'. |
| 7,3 | Ὀδυσσεὺς δὲ .... τοὺς γευσαμένους μετὰ βίας **ἐπὶ** τὰς **ναῦς ἄγει.** | ι 98 | τοὺς μὲν ἐγὼν **ἐπὶ νῆας ἄγον** κλαίοντας ἀνάγκῃ. |
| 7,4 | ἔστι δὲ τῆς **θαλάσσης** πλησίον ἄντρον. | ι 182 | ἔνθα δ' ἐπ' ἐσχατιῇ σπέος εἴδομεν ἄγχι **θαλάσσης.** |
| „ | **ἔχων ἀσκὸν οἴνου** τὸν ὑπὸ **Μάρωνος** αὐτῷ **δοθέντα** | ι 196 | **ἀσκὸν ἔχον** μέλανος **οἴνοιο**<br>ἡδέος, ὅν μοι **ἔδωκε Μάρων.** |
| „ | **ἀνὴρ** ὑπερμεγέθης **ἄγριος** ἀνδροφάγος. | ι 214 | **ἄνδρ'** ἐπιλεύσεσθαι, μεγάλην ἐπιειμένον ἀλκήν,<br>**ἄγριον,** οὔτε δίκας εὖ εἰδότα οὔτε θέμιστας. |
| 7,6 | **ὁ δὲ πιὼν** πάλιν **ᾔτησε.** | ι 354 | **ὁ δ'** ἔδεκτο καὶ ἔκπιεν· ἥσατο δ' αἰνῶς<br>ἡδὺ ποτὸν **πίνων** καὶ μ' **ᾔτεε** δεύτερον αὖτις. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 7, 8 | καὶ ἐπὶ τοῦ προθύρου στάς[1]) τὰς **χεῖρας** ἐκπετάσας. | ι 417 | αὐτὸς δ' εἰνὶ θύρῃσι καθέζετο **χεῖρε πετάσσας.** |
| „ | **ὑπὸ** τὴν **γαστέρα** κρυβείς. | ι 433 | λασίην **ὑπὸ γαστέρ'** ἐλυσθείς. |
| 7,10 | οὗτος ἐπιμελητὴς ὑπὸ Διὸς τῶν **ἀνέμων** καθεστήκει καὶ **παύειν** καὶ προΐεσθαι· | κ 21 | κεῖνον γὰρ ταμίην **ἀνέμων** ποίησε Κρονίων ἠμὲν **παυέμεναι** ἠδ' ὀρνύμεν. |
| „ | **δίδωσιν** αὐτῷ **ἀσκὸν βόειον,** ἐν ᾧ **κατέδησε** τοὺς **ἀνέμους.** | κ 19 | **δῶκε** δέ μ' ἐκδείρας **ἀσκὸν βοὸς** ἐννεώροιο, ἔνθα δὲ βυκτάων **ἀνέμων κατέδησε** κέλευθα. |
| 7,12 | καὶ τὴν ἑαυτοῦ **ναῦν** καθώρμισεν **ἐσχάτως.** | κ 95 | αὐτὰρ ἐγὼν οἶος σχέθον ἔξω **νῆα** μέλαιναν, αὐτοῦ ἐπ' **ἐσχατιῇ.** |
| „ | ἔπεμψέ τινας **πευσομένους** | κ 100 | δὴ τότ' ἐγὼν ἑτάρους προΐειν[2]) **πεύθεσθαι** ἰόντας. |
| 7,13 | Ὀδυσσεὺς δὲ **κόψας** τὸ **πεῖσμα** τῆς **νεώς.** | κ 127 | τῷ δ' ἀπὸ **πείσματ' ἔκοψα νεὸς** κυανοπρῴροιο. |
| „ | αἱ δὲ λοιπαὶ σὺν τοῖς πλέουσιν **ἀπώλοντο.** | 132 | αὐτὰρ αἱ ἄλλαι ἀολλέες αὐτόθ' **ὄλοντο.** |
| 7,14 | **καλούσης** δὲ αὐτῆς χωρὶς **Εὐρυλόχου πάντες** εἰσίασιν. | 231 | καὶ **κάλει**· οἱ δ' ἅμα **πάντες** ἀιδρείῃσιν ἕποντο. **Εὐρύλοχος** δ' ὑπέμεινεν. |

---

[1]) στάς pro καθέζετο ut apud Procl. Il. pers. p. 243, 17 Wagner περιστάντες pro ἥμενοι (θ 506).

[2]) προέπεμπον schol. V.

| | |
|---|---|
| 7,16 ἡ δ' ἑκάστῳ **κυκεῶνα** πλήσασα **τυροῦ καὶ μέλιτος καὶ ἀλφίτων** καὶ **οἴνου δίδωσι, μίξασα φαρμάκῳ. πιόντων** δὲ αὐτῶν ἐφαπτομένη **ῥάβδῳ** τὰς μορφὰς ἠλλοίου .... | κ 234 ἐν δέ σφιν **τυρόν τε καὶ ἄλφιτα καὶ μέλι** χλωρὸν<br>**οἴνῳ** Πραμνείῳ **ἐκύκα**·<br>ἀνέμισγε δὲ σίτῳ<br>**φάρμακα** λύγρ', ἵνα πάγχυ λαθοίατο πατρίδος αἴης.<br>αὐτὰρ ἐπεὶ **δῶκέν** τε καὶ **ἔκπιον,** αὐτίκ' ἔπειτα<br>**ῥάβδῳ** πεπληγυῖα κατὰ συφεοῖσιν ἐέργνυ. |
| 7,19 τῶν μὲν **ἑταίρων** τὰ **ὦτα** ἔβυσε κηρῷ. | μ 177 ἑξείης δ' **ἑτάροισιν** ἐπ' **οὔατα** πᾶσιν ἄλειψα. |
| 7,21 ἣ τῆς **ἡμέρας τρὶς** ἀνασπῶσα τὸ **ὕδωρ** πάλιν **ἀνίει.** | μ 104 ἀναρροιβδεῖ μέλαν **ὕδωρ.**<br>**τρὶς** μὲν γάρ τ' **ἀνίησιν** ἐπ' **ἤματι,** τρὶς δ' ἀναρροιβδεῖ. |
| 7,31 καὶ τοῦτο **ὕφηνεν** ἐπὶ **ἔτη τρία,** μεθ' **ἡμέραν μὲν ὑφαίνουσα, νύκτωρ δ' ἀναλύουσα.** | β 104 ἔνθα καὶ **ἠματίη μὲν ὑφαίνεσκεν** μέγαν ἱστόν,<br>**νύκτας δ' ἀλλύεσκεν,** ἐπεὶ δαΐδας παραθεῖτο.<br>ὣς **τρίετες μὲν** ἔληθε δόλῳ καὶ ἔπειθεν Ἀχαιούς. |

His accedunt merae paraphraseis, quae nullo aut paene nullo vocabulo Homerico servato tamen verbum pro verbo exprimunt, quarum duas exempli causa attulisse satis habeo:

| | |
|---|---|
| 7, 16 σπασάμενος δὲ τὸ ξίφος ἤθελε **Κίρκην** ἀποκτεῖναι. | κ 321 ἐγὼ δ' ἄορ ὀξὺ ἐρυσάμενος παρὰ μηροῦ<br>**Κίρκῃ** ἐπήιξα ὥς τε κτάμεναι μενεαίνων. |
| 7, 13 ὃ δὲ **ἕνα** μὲν αὐτῶν ἁρπάσας ἀναλίσκει. | κ 116 αὐτίχ' **ἕνα** μάρψας ἑτάρων ὡπλίσατο δεῖπνον. |

Atqui iam diu perspectum est permagnam inter hanc bibliothecae partem et Hygini fabularum caput CXXV, quod Odyssea inscribitur (p. 106 Schm.), intercedere similitudinem. Quae ita explicari solet, ut utrumque mythographum eadem Odysseae hypothesi usum esse statuatur. Quod quamquam in universum recte iudicatum est, tamen monendum esse puto ab Hygino multo rarius singulos Homeri versus circumscribi quam ab Apollodoro, sed summam tantum rei reddi. Itaque ex eis quos modo tractavimus Odysseae versibus horum tantum Hyginus rationem habet:

ι 98 quos vinctos (*ἀνάγκῃ* Homerus, *μετὰ βίας* Apoll.) ipse reducit.

196 vino, quod a Marone acceperat.

214 Ulysses cum videret eius immanitati (*μεγάλην ἐπιειμένον ἀλκήν*) et feritati (*ἄγριον*) resistere se non posse.

κ 21 cui ab Iove ventorum potestas (*ταμίην* Hom. *ἐπιμελητήν* Apoll.) fuit tradita.

κ 321 ensemque strinxit minitatus (nisi suos sibi socios restitueret) se eam interfecturum.

μ 104 quae ter die obsorbebat terque eructabat.

κ 19 follesque ventorum plenos muneri dedit.

Hanc differentiam fortasse ita definire licet, ut Hyginum meram hypothesin, Apollodorum hypothesin cum paraphrasi mixtam praebere dicamus. Qua ex re sequitur, ut in eis sententiis, quae Odysseae versuum sensum potius quam ipsa verba reddunt, Apollodorus et Hyginus inter se magis consentiant quam cum Homero. Exempli causa versibus ι 94 ss.

*τῶν δ' ὅστις* **λωτοῖο** *φάγοι μελιηδέα* **καρπόν,**
*οὐκέτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν οὐδὲ νέεσθαι,*
*ἀλλ' αὐτοῦ βούλοντο μετ' ἀνδράσι Λωτοφάγοισιν*
*λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν νόστου τε* **λαθέσθαι**

haec Hygini Apollodorique verba respondent:

| | |
|---|---|
| **loton** .... qui cibus tantam **suavitatem** praestabat, ut qui gustabant, **oblivionem caperent** domum reditionis (p. 106, 12). | ἐφύετο γὰρ ἐν τῇ χώρᾳ **καρπὸς** ἡδὺς λεγόμενος **λωτός,** ὃς τῷ γευσαμένῳ πάντων ἐποιει **λήθην** (Ep. 7, 3). |

Deinde conferas

| Hyg. | Apollod. |
|---|---|
| qui postquam pecus **in speluncam redegerat,** molem saxeam ingentem ad ianuam **opponebat** (p. 106, 19). | ἐλθὼν δὲ ὁ Κύκλωψ καὶ **εἰσελάσας** τὰ ποίμνια τῇ μὲν **θύρᾳ προσέθηκε πέτρον** ὑπερμεγέθη (Ep. 7, 5). |

quibus versuum 237 ss. summa redditur his versibus imprimis compilatis:

237 αὐτὰρ ὅ γ᾽ **εἰς** εὐρὺ **σπέος ἤλασε** πίονα μῆλα
240 αὐτὰρ ἔπειτ᾽ **ἐπέθηκε** θυρεὸν μέγαν ὑψόσ᾽ ἀείρας ὄβριμον
243 τόσσην ἠλίβατον **πέτρην ἐπέθηκε θύρῃσιν.**

Porro

| Hyg. | Apollod. |
|---|---|
| rursum **ad Aeolum** est delatus, a quo eiectus est, quod videbatur Ulysses numen **deorum** infestum habere (p. 107, 9). | Ὀδυσσεὺς δὲ ἀφικόμενος πρὸς **Αἴολον** ἠξίου πομπῆς τυχεῖν, ὁ δὲ αὐτὸν ἐκβάλλει τῆς νήσου λέγων ἀντιπρασσόντων τῶν **θεῶν** μὴ δύνασθαι σώζειν (Ep. 7, 11). |

quae spectant ad versus κ 56—76, insunt autem horum versuum umbrae:

60 βῆν **εἰς Αἰόλου** κλυτὰ δώματα.
75 ἔρρ᾽, ἐπεὶ ἄρα **θεοῖσιν** ἀπεχθόμενος τόδ᾽ ἱκάνεις.
ὣς εἰπὼν ἀπέπεμπε δόμων βαρέα στενάχοντα.

Tum

| Hygin. p. 107, 22. | Apollod. |
| --- | --- |
| itaque fide data se nihil tale[1]) commissuram socios eius ad pristinam formam restituit, ipsa cum eo concubuit. | ἡ δὲ τὴν ὀργὴν παύσασα τοὺς ἑταίρους ἀποκαθίστησι καὶ λαβὼν ὅρκους παρ᾽ αὐτῆς μηδὲν ἀδικηθῆναι συνευνάζεται (Ep. 7, 16). |

quibuscum conferas *κ* v. 343 ss.:

*εἰ μή μοι τλαίης γε, θεά, μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι*
*μή τί μοι αὐτῷ πῆμα κακὸν βουλευσέμεν ἄλλο.*
*ὣς ἐφάμην, ἡ δ᾽ αὐτίκ᾽ ἀπώμνυεν, ὡς ἐκέλευον,*
*αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ᾽ ὄμοσέν τε τελεύτησέν τε τὸν ὅρκον*
*καὶ τότ᾽ ἐγὼ Κίρκης ἐπέβην περικαλλέος εὐνήν.*

Atqui de sociis Ulixis in pristinam formam restitutis Homerus multo post v. 389 ss. loquitur. At in hypothesi, quam uterque mythographus sequitur, haec praecepta erant.

His exemplis examinatis et perpensis dubium non esse potest, quin re vera eadem hypothesi uterque mythographus usus sit, sed, cum apud Apollodorum singulorum versuum vestigia multo plura sint quam apud Hyginum, ille praeterea aut paraphrasin Odysseae aut ipsam Odysseam paraphrasi instructam consuluisse videri possit. Sed id quoque cogitari potest iam illum fontem communem omnia haec versuum rudera continuisse et ab Hygino magis contractum esse quam ab Apollodoro. Quae opinio cum ea fere consentit, quae omnes mythographos eodem enchiridio hellenisticae aetatis usos esse vult. Atque favet ei, quod

---

[1]) Scilicet *μή Ὀδυσσέα γυμνωθέντα κακὸν καὶ ἀνήνορα θεῖναι* (v. 341). Itaque quamquam verba ab eo tantum, qui huius versus meminerit, recte intellegi possunt, tamen cave, ne cum Mauricio Schmidt tale in exitiale corrigas. Clarius Apollodorus: *λαβὼν ὅρκους ...... μηδὲν ἀδικηθῆναι.*

etiam apud Hyginum non desunt, quae non ex ipso carmine, sed ex fonte eius fluxisse in propatulo sit. Exempli gratia de *μῶλυ* apud Hyginum haec leguntur: ‚sed in itinere Mercurius ei remedium dedit monstravitque quomodo Circen deciperet' (pag. 107, 17), quae sunt Odysseae versus *κ* 302, 303

> *ὣς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον ἀργειφόντης*
> *ἐκ γαίης ἐρύσας καί μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν,*

nisi quod secundum Hyginum Mercurius Ulixi non naturam radicis demonstrat, sed quomodo Circen decipere possit, explicat. At in Odyssea Mercurius antea dixerat Circen Ulixem decipere velle: *ἀλλ' οὐδ' ὥς,* inquit 291, *θέλξαι σε δυνήσεται· οὐ γὰρ ἐάσει φάρμακον ἐσθλόν, ὅ τοι δώσω, ἐρέω δὲ ἕκαστα.* Sed quomodo Ulixes hoc remedio uti debuerit aut usus sit, ex Homero non comperimus. Tamen Hyginus pergit:

> ‚qui, postquam ad Circen venit et poculum ab ea accepit, remedium Mercurii monitu coniecit.'

Atque similiter Apollodorus Epit. 7, 16: *ὁ δὲ λαβὼν μῶλυ παρὰ Ἑρμοῦ πρὸς Κίρκην ἔρχεται καὶ βαλὼν εἰς τὰ φάρμακα τὸ μῶλυ μόνος οὐ φαρμάσσεται,* neque aliter scholia ad *κ* 305 *μῶλυ βοτάνης εἶδος παρὰ τὸ μωλύειν, ἐστιν ἀφανίζειν τὰ φάρμακα* B H Q V. *ὥστε μὴ βλαβῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἐκείνης φαρμάκων* P.

De Sirenum forma nihil omnino Homerum tradere nemo est, qui nesciat. Contra Hyginus:

‚Tum ad Sirenas, Melpomenes musae et Acheloi filias, venit, quae partem superiorem muliebrem habebant, inferiorem autem gallinaceam' (pag. 108, 9).

Eadem, sed rursus uberius Apollodorus tradit Epit. 7, 18: *καὶ τὴν νῆσον παρέπλει τῶν Σειρήνων. αἱ δὲ Σειρῆνες ἦσαν Ἀχελῴου καὶ Μελπομένης μιᾶς τῶν μουσῶν θυγατέρες, Πεισινόη Ἀγλαόπη Θελξιέπεια. τούτων ἡ μὲν ἐκιθάριζεν, ἡ δὲ ᾖδεν, ἡ δὲ*

*ηὔλει*[1]) *καὶ διὰ τούτων ἔπειθον καταμένειν τοὺς παραπλέοντας. εἶχον δὲ ἀπὸ τῶν μηρῶν ὀρνίθων μορφάς.*

Itaque ea forma Sirenum describitur, qua hellenistica et Romana aetate depingi solebant. Atque eodem modo res se habet in Scyllae figura describenda, de qua Hyginus (p. 108, 14): ‚Inde, inquit, ad Scyllam Typhonis filiam venit, quae superiorem corporis partem muliebrem inferiorem ex inguine piscis et sex canes ex se natos habebat', Apollodorus autem Epit. 7, 20: *ἦν δὲ ἐν μὲν θατέρῳ Σκύλλα, Κραταιίδος θυγάτηρ καὶ Τυφῶνος*[2]) *ἢ Φόρκου, πρόσωπον ἔχουσα καὶ στέρνα γυναικός, ἐκ λαγόνων δὲ* **κεφαλὰς** *ἓξ καὶ* **δώδεκα πόδας** *κυνῶν.*

Atque rursus monendum est apud Apollodorum verborum Homericorum aliqua vestigia deprehendi, quae in Hygini fabula desiderantur; nam ultima eius verba aperte ex Odysseae versibus *μ* 89 ss. pendent:

> *τῆς ἤ τοι* **πόδες** *εἰσὶ* **δυώδεκα** *πάντες ἄωροι,*
> *ἓξ δέ τέ οἱ δειραὶ περιμήκεες, ἐν δὲ ἑκάστῃ*
> *σμερδαλέη* **κεφαλή,**

nisi quod canina haec capita aut caninos hos pedes fuisse Homerus nullo verbo indicat, ut omnino, utrum ferina an humana figura Scylla cogitanda sit, ex eius versibus nullo modo intellegi potest; vocem tantum catuli similem fuisse dicit *μ* 86 *τῆς ἤτοι φωνὴ μὲν ὅση σκύλακος νεογιλῆς γίγνεται.* At quae ab Hygino et Apollodoro describitur figura ea est, quam a quarti saeculi artificibus accepit.

Quibus absolutis ad Apollonii Argonautica nos convertamus, quod carmen non minus quam Odysseam a mythrographis compilatum esse exemplis nonnullis demonstrabo.

---

[1]) Vide Fr. Müller, de Odysseae monumentis p. 23 ss.

[2]) *Τριήνου* Cod., corr. Bücheler. *Τυρρήνου* schol. Plat. Polit. IX 588 c, ubi bibliothecae locus exscriptus est. *Τρίτωνος* ex Eustathio 1714, 32 perperam Wagner.

Apollonius I 9—11.

*χειμερίοιο ῥέεθρα κιὼν διὰ πόσσιν* ***Ἀναύρου***
*ἄλλο μὲν ἐξεσάωσεν ὑπ᾽ ἰλύος, ἄλλο δ᾽ ἔνερθεν*
*κάλλιπεν αὖθι* ***πεδίλον,*** *ἐνισχόμενον προχοῇσιν.*

| Hygin. fab. 12, p. 43, 19. | Apollodor. I 408. |
| --- | --- |
| dum flumen Euhenum transiret, calceamentum reliquit. | *διαβαίνων δὲ ποταμὸν* ***Ἄναυρον*** *ἐξῆλθε μονοσάνδαλος, τὸ ἕτερον ἀπολέσας ἐν τῷ ῥείθρῳ* ***πέδιλον.*** |

I 961—963.

*τοὺς δ᾽ ἄμυδις φιλότητι* ***Δολίονες*** *ἠδὲ καὶ αὐτὸς*
***Κύζικος*** *ἀντήσαντες, ὅτε στόλον ἠδὲ γενέθλην*
*ἔκλυον, οἵτινες εἶεν, εὐξείνως ἀρέσαντο.*

| Hygin. fab. 16, p. 50, 21. | Apollodor. I 116. | schol. Apoll. I 963. |
| --- | --- | --- |
| **Cycicus** ..... Argonautas hospitio liberali excepit. | *προσίσχουσι* ***Δολίοσιν,*** *ὧν ἐβασίλευε* ***Κύζικος.*** *οὗτος αὐτοὺς ὑπεδέξατο φιλοφρόνως.* | *φιλοφρόνως ἐξενοδόχησαν.* |

I 1028.

*ἀλλά που ἀνδρῶν*
*Μακριέων εἴσαντο* ***Πελασγικὸν*** *ἄρεα κέλσαι.*

| Hygin. fab. 16, p. 51, 2. | Apollodor. I 116. |
| --- | --- |
| quos Cyzicus hostes **Pelasgicos** arbitrans. | *οἱ δὲ νομίζοντες* ***Πελασγικὸν*** *εἶναι στρατόν.* |

I 914.

***Βούτης Σειρήνων*** *λιγυρῇ ὀπὶ θυμὸν ἰανθεὶς*
***νῆχε*** *δὲ πορφυρέοιο δι᾽ οἴδματος, ὄφρ᾽ ἐπιβαίη,*
*ἀλλά μιν οἰκτείρασα θεὰ Ἔρυκος μεδέουσα*
*Κύπρις ἔτ᾽ ἐν δίναις ἀνερείψατο, καὶ ῥ᾽ ἐσάωσεν*
*προφρων ἀντομένη,* ***Λιλυβηίδα*** *ναιέμεν ἄκρην.*

Hygin. fab. 14, p. 48, 16.

**Butes** Teleontis filius quamvis cantibus et cithara Orphei avocabatur, victus tamen est dulcedine **Sirenum** et **nataturus** ad eas in mare se praecipitavit, eum Venus delatum fluctibus **Lilybaeo servavit.**

Apollodor. I 135.

*παραπλεόντων δὲ* ***Σειρῆνας*** *αὐτῶν Ὀρφεὺς τὴν ἐναντίαν μοῦσαν μελῳδῶν τοὺς Ἀργοναύτας κατέσχε. μόνος δὲ* ***Βούτης*** *ἐξενήξατο πρὸς αὐτάς, ὃν ἁρπάσασα Ἀφροδίτη ἐν* ***Λιλυβαίῳ*** *κατῴκισεν.*

Duae res in his verbis dignae sunt, quae animadvertantur: primum, quod pro vocabulo *ἐσάωσεν* Apollodorus substituit *κατῴκισεν,* cum Hyginus „servavit" scribens hoc vocabulum retineat, tum, quod Hygini verba: „quamvis Orphei cantibus et cithara avocabatur", quibus manifesto idem exprimere vult, atque Apollodorus verbis: *Ὀρφεὺς τὴν ἐναντίαν μοῦσαν μελῳδῶν,* in Apollonii carmine non habent, cui respondeant. Nam ille Orpheum citharae sono cantum Sirenum obstrepuisse narrat v. 909: *παρθενίην δ᾽ ἐνοπὴν ἐβιήσατο φόρμιγξ.* Inde elucet hac in re eundem auctorem, qui Apollonium peculiari ratione interpretatus est, ab utroque mythographo exscribi, cum ex ea quam priore loco notavimus discrepantia utrumque aliam hypothesin ante oculos habuisse concludi possit. Sed alterum argumentum multo fortius est, ut statuendum sit Apollodorum vocabulum *ἔσωσεν,* quod in communi illo fonte extitisse debet, suo Marte in *κατῴκισεν* commutasse.

Sed leguntur ea de quibus disputavimus verba apud Apollodorum eodem loco atque in Apollonii carmine, ubi quae Argonautis renavigantibus acciderunt enarrantur, apud Hyginum autem, qui ex his fabulis eas tantum eligit, quae ad Medeam pertinent, in catalogo Argonautarum.

Quo in catalogo etiam aliorum Apollonii versuum rudera occurrunt, quae apud Apollodorum desunt. Velut de Asterione (fab. 14 p. 44, 13 Schmidt): ‚ex urbe **Piresia,** quae est in radicibus **Phylei montis,** qui est in Thessalia, quo loco duo flumina, **Apidanus et Enipeus,** separatim proiecta **in unum conveniunt.**' Quae respondent Apollonii versibus I 37 ss.:

*Πειρεσιὰς ὄρεος Φυλληίου ἀγχόθι ναίων,*
*ἔνθα μὲν* ***Ἀπιδανός*** *τε μέγας* ***καὶ*** *δῖος* ***Ἐνιπεὺς***
*ἄμφω συμφορέονται, ἀπόπροθεν* ***εἰς ἓν ἰόντες.***

Atque vocabulis: ‚separatim proiecta' Hyginus Apollonii illud *ἀπόπροθεν* depravare videtur; quod vero ad verba a carmine aliena: ‚qui est in Thessalia' attinet, monendum est in scholiis ad I 38 legi: *Ἀπιδανὸς καὶ Ἐνιπεὺς ἀμφότεροι Θεσσαλίας ποταμοί, τὸ δὲ Φυλλήιον ὄρος Μακεδονίας.* Tenemus igitur fontem primarium, sed error utrum ab ipso Hygino an iam ab eius auctore commissus sit, diiudicari nequit.

Deinde de Argonautis universis (p. 48, 5):

‚hi autem **omnes Minyae** sunt **appellati** vel, **quod plurimos** eorum **filiae Minyae** pepererunt, vel, quod **Iasonis mater Clymenes Minyae** filia erat',

quibus verbis versus I 229—233 redduntur:

*τοὺς μὲν ἀριστῆας* ***Μινύας*** *περιναιετάοντες*
***κίκλησκον*** *μάλα* ***πάντας, ἐπεὶ Μινύαο θυγατρῶν***
*οἱ* ***πλεῖστοι*** *καὶ ἄριστοι ἀφ' αἵματος εὐχετόωντο*
*ἔμμεναι· ὣς δὲ καὶ αὐτὸν* ***Ἰήσονα*** *γείνατο* ***μήτηρ,***
*Ἀλκιμέδη* ***Κλυμένης Μινυηίδος*** *ἐκγεγαυῖα.*

Inter quae hoc unum differt, quod apud Hyginum tamquam alia nominationis causa profertur, quod in carmine unicae causae exemplum est.

Iam cum in Odysseae et Argonauticorum argumentis reddendis Apollodorus multa ipsorum versuum aut fragmenta aut paraphraseis immiscuerit, ab ea consuetudine, ubi de Iliade agitur, prorsus recedit (Epit. 4); nam nihil praebet nisi Iliadis hypothesin brevissimam.[1]) Quae quam similis sit hypothesi in Iliadis codice Parisino servatae iam Ricardus Wagner monuit, sed fugisse eum videtur eandem vel maiorem necessitudinem intercedere cum hypothesi tabulae Iliacae musei Capitolini inscripta. Atque ad cognoscendum, quales illarum hypotheseon verba subeant variationes, e re erit ipsa comparare:

| tab. Iliaca. | Apollodor. | cod. Paris. |
| --- | --- | --- |
| | Θ | |
| *καὶ μάχην ἐν τῷ πεδίῳ συναψάντων οἱ Τρῶες εἰς τὸ τεῖχος τοὺς Ἀχαιούς*[2]) *καταδιώκουσιν.* | *καὶ γενομένης μάχης ἐν τῷ πεδίῳ οἱ Τρῶες τοὺς Ἕλληνας εἰς τὸ τεῖχος διώκουσιν.* | *τοὺς Ἕλληνας ἐλάττονας τῶν Τρώων καθίστησιν.* |
| | Π | |
| *Ἀχιλλεὺς . . . . ἰδὼν τὴν τοῦ Πρωτεσιλάου ναῦν καιομένην πέμπει μετὰ τῶν Μυρμιδόνων τὸν Πάτροκλον τοὺς ἵππους αὐτῷ δοὺς καὶ τοῖς ὅπλοις τοῖς αὑτοῦ καθοπλίξας.* | *ὡς δὲ εἶδεν Ἀχιλλεὺς τὴν τοῦ Πρωτεσιλάου ναῦν καιομένην, ἐκπέμπει Πάτροκλον καθοπλίσας τοῖς ἰδίοις ὅπλοις μετὰ τῶν Μυρμιδόνων δοὺς αὐτῷ τοὺς ἵππους.* | *Πατρόκλῳ δὲ δεηθέντι Ἀχιλλεὺς ἐπιτρέπει τὴν ἑαυτοῦ πανοπλίαν ἀναλαβεῖν καὶ τοὺς Μυρμιδόνας ἐξάγειν ἐπὶ τὸν πόλεμον.* |

[1]) Confer R. Wagner Ep. Vat. 204 ss. Mus. rhen. XLVI 1891 p. 417.

[2]) Sic semper tabula, contra *Ἕλληνες* Apollodorus et codex Parisinus.

Atque eodem modo res in *H* sese habet:

| | | |
|---|---|---|
| οἱ δὲ Ἀχαιοὶ τεῖχός τε καὶ τάφρον ποιοῦνται περὶ τὰς ναῦς. | οἱ δὲ Ἕλληνες πρὸς τοῦ ναυστάθμου τεῖχος ποιοῦνται καὶ τάφρον. | καὶ τεῖχος οἱ Ἕλληνες κατασκευάζουσιν. |

Sed in libri *Ω* argumento Apollodorus modo cum tabula modo cum codice Parisino facit:

| | | |
|---|---|---|
| ὁ δὲ Πρίαμος ἐπὶ τὰς ναῦς παραγενόμενος Ἕκτορα λυτροῦται. | μετὰ δὲ τὸν ἀγῶνα παραγενόμενος Πρίαμος **πρὸς Ἀχιλλέα** λυτροῦται τὸ Ἕκτορος σῶμα. | ὁ δὲ παραγίνεται **πρὸς** τὸν **Ἀχιλλέα** καὶ ἱκετεύσας αὐτὸν ἀπολαμβάνει τὸν υἱόν. |

Rursus tabulae libri *M* argumenti vestigia alia apud Apollodorum alia in codice Parisino reperiuntur:

| | | |
|---|---|---|
| Ἕκτωρ δὲ ῥήξας τὰς καθ' αὐτὸν **πύλας** εἰς τὸ τεῖχος εἰςπίπτει. | Ἕκτωρ ῥήξας τὸ τεῖχος εἰσέρχεται. | Ἕκτωρ δὲ λίθῳ βαλὼν τὰς **πύλας** ἐπέβη ταῖς ναυσίν. |

Contra in iis quae ad *X* pertinent verbis Apollodorus cum tabulae hypothesi, cuius frustula in Parisino redire nemo est quin videat, paene nihil omnino commune habet:

| | | |
|---|---|---|
| καὶ τὸν νεκρὸν ἐκδησάμενος ἐκ τοῦ δίφρου **διὰ τοῦ πεδίου ἕλκει** ἐπὶ τὰς ναῦς. | καὶ **ἐξάψας** αὐτοῦ τὰ σφυρὰ ἐκ **τοῦ ἅρματος** σύρων ἐπὶ τὰς ναῦς παραγίνεται. | **ἐξάψας** δὲ αὐτὸν **τοῦ ἅρματος** Ἀχιλλεὺς **διὰ τοῦ πεδίου** ἐπὶ τὸν ναυσταθμὸν **ἕλκει.** |

Tenemus igitur eiusdem hypotheseos recensiones paullulum tantum inter se diversas, paraphraseos autem vestigium nullum.

Sed quod hoc loco desideramus, in aliis bibliothecae partibus invenimus, ubi passim Iliadis versuum frustula inserta sunt. Id quod nunc exemplis nonnullis probabo.

De septem ducum contra Thebanos expeditione Apollodorus (III 67) Homerum (Il. *Δ* v. 383—398) secutus refert haec:

*ὡς δὲ ἦλθον εἰς τὸν Κιθαιρῶνα, πέμπουσι* **Τυδέα** *προεροῦντα Ἐτεοκλεῖ τὴν βασιλείαν παραχωρεῖν Πολυνείκει, καθὰ συνέθεντο. μὴ προσέχοντος δὲ Ἐτεοκλέους διάπειραν τῶν Θηβαίων Τυδεὺς ποιούμενος, καθ' ἕνα* **προκαλούμενος πάντων** *περιεγένετο. οἱ δὲ* **πεντήκοντα** *ἄνδρας ὁπλίσαντες ἀπιόντα ἐνήδρευσαν αὐτόν·* **πάντας** *δὲ αὐτοὺς χωρὶς* **Μαίονος** *ἀπέκτεινε, κἄπειτα ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἦλθεν.* Cf. Il. *Δ*

383 *Ἀσωπὸν δ' ἵκοντο βαθύσχοινον λεχεποίην,*
*ἔνθ' αὖτ' ἀγγελίην ἐπὶ* **Τυδῆ** *στεῖλαν Ἀχαιοί.*

389 *ἀλλ' ὅ γ' ἀεθλεύειν* **προκαλίζετο, πάντα** *δ' ἐνίκα.*

391 *οἱ δὲ χολωσάμενοι Καδμεῖοι, κέντορες ἵππων,*
*ἂψ ἄρ ἀνερχομένῳ πυκινὸν λόχον εἷσαν ἄγοντες*
*κούρους* **πεντήκοντα·**

396 *Τυδεὺς μὲν καὶ τοῖσιν ἀεικέα πότμον ἐφῆκεν·*
**πάντας** *ἔπεφν', ἕνα δ' οἶον ἵει οἶκόνδε νέεσθαι·*
**Μαίον'** *ἄρα προέηκε.*

Vides pro

| | | |
|---|---|---|
| *Ἀσωπὸν δ' ἵκοντο* | Apollodorum dicere | *ἦλθον εἰς τὸν Κιθαιρῶνα* |
| *ἀγγελίην ἐπιστεῖλαν* | | *πέμπουσι . . προεοῦντα* |
| *ἐνίκα* | | *περιεγένετο* |
| *κούρους* | | *ἄνδρας* |
| *ἂψ ἀνερχομένῳ* | | *ἀπιόντα* |
| *λόχον εἷσαν* | | *ἐνήδρευσαν* |
| *ἔπεφνε* | | *ἀπέκτεινε* |
| *προέηκε* | | *χωρίς.* |

Sed cum Homerus quid Tydeus nuntiaturus sit coniectandum legentibus relinquat, Apollodorus de suo inserit: *Ἐτεοκλεῖ τὴν βασιλείαν παραχωρεῖν Πολυνείκει.*

Eosdem quoque versus et historiunculae schol. *A* Il. *Δ* 376 auctor et Diodorus IV 65, 4 adhibent. Atque scholiasta quidem brevi ante eadem Phoenissarum paraphrasi, qua Apollodorus III 59, usus ita scribit:

*ἐπελθόντες οὖν ἐν ταῖς Θήβαις οἱ Ἀργεῖοι πέμπουσι πρεσβευτὴν* **Τυδέα,** *ὃς καταλαβὼν γυμνικὸν ἀγῶνα καὶ συμμαχούσης* **Ἀθηνᾶς νικᾷ** *τὰ* **πάντα,** *ὑποστρέφων δὲ* **πεντήκοντα** *νεανίας ἐνεδρεύοντας αὐτὸν συλλαβεῖν ἀναιρεῖ.*
Ergo Homeri illud *πάντα ἐνίκα* retinuit, sed ita interpretatus est, ut *πάντα* pro plurali neutri haberet et ad singulas certaminum species referret, cum rectius Apollodorus accusativum singularis esse ratus de singulis Tydei adversariis intellexerit, pro *ἐνίκα* autem scripserit *περιεγένετο,* deinde versus 390 ab Apollodori neglecti

*ῥηιδίως· τοίη οἱ ἐπίρροθος ἦεν* **Ἀθήνη.**

ita rationem habuit, ut *ἐπίρροθος ἦεν* verbo *συμμαχούσης* exprimeret. Itemque *νεανίας* vocabulum propius ad Homeri illud *κούρους* accedit quam *ἄνδρας* Apollodori. Ceterum *ἐνεδρεύειν* pro *λόχον εἷσαν, πέμπειν* pro *ἀγγελίην ἐπιστεῖλαν* etiam apud bibliothecae auctorem invenimus, sed ille addit *προεροῦντα,* hic *πρεσβευτήν,* quod exemplo similius est. Tum pro Apollodori *ἀποκτείνει* dicit *ἀναιρεῖ,* et ut ille Asopo Iliadis Cithaeronem, scholiasta Thebas substituit. Denique una in re narrationem Homeri convertit; nam Tydea in gymnicum certamen Thebanorum incidisse praedicat, cum ille in Iliade epulantes eos offenderit et ipse certaminis auctor fuerit: *μετὰ τὸ δεῖπνον οἱ ἀγῶνες ἐγίνοντο,* ut recte monent scholia.

Iam videamus Diodorum:

*κρίναντος δ' αὐτοῦ (Ἀδράστου) πρῶτον καταγαγεῖν τὸν Πολυνείκην* **ἄγγελον** *εἰς τὰς Θήβας ἀπο***στεῖλαι Τυδέα** *πρὸς Ἐτεοκλέα περὶ τῆς καθόδου. ἐνταῦθά φασι τὸν μὲν Τυδέα ἐνεδρευθέντα κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπὸ Ἐτεοκλέους* **πεντήκοντα** *ἀνδράσιν* **ἅπαντας** *ἀνελεῖν καὶ παραδόξως εἰς τὸ Ἄργος διασωθῆναι.*

*Ἐνεδρευθέντα* et *ἀνδράσιν* cum Apollodoro, *ἀνελεῖν* cum scholiasta commune habet, sed in v. 384 reddendo verba Homeri fere recepit; praeterea certamen omisit et totam rem iam ante expeditionis initium accidisse dicit libertate cuique scriptori concessa usus. Denique ad Homericae narrationis lacunam explendam ut apud Apollodorum verba *τὴν βασιλείαν παραχωρεῖν* ita hic verba *περὶ τῆς καθόδου* inserta sunt. Ultima quoque ab Homero aliena Apollodoreis *κἄπειτα ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἦλθεν* respondent.

Sed omnes hae differentiae vix maiores sunt eis quas supra in Iliadis hypothesibus excutiendis invenimus. Dixerit igitur quispiam rem prorsus eandem esse: unam eandemque paraphrasin a tribus his testibus adhiberi, sed ab alio alio modo variari. Quae quamquam fortasse recte dicta sunt, attamen scrupulum movet quod alia apud alium versuum Homericorum frustula occurrunt. Quod ut commodius perspici possit, hanc tabulam adpono:

| | | | |
|---|---|---|---|
| 384 *ἀγγελίην ἐπιστεῖλαν* | Diod.: **ἄγγελον** *ἀποστεῖλαι* | Sch.: *πρεσβευτὴν πέμπουσι* | Ap.: *πέμπουσι προεροῦντα* |
| 389 *προκαλίζετο* | | | Ap.: **προκαλούμενος** |
| „ *πάντα δ' ἐνίκα* | | Sch.: **νικᾷ** *τὰ* **πάντα** | Ap.: **πάντων** *περιεγένετο* |
| 390 *ἐπίρροθος ἦεν Ἀθήνη* | | Sch.: *συμμαχούσης* **Ἀθήνης** | |
| 392 *κούρους πεντήκοντα* | Diod., Ap.: **πεντήκοντα** *ἄνδρας* | Sch.: **πεντήκοντα** *νεανίας* | |
| 396 *πάντας ἔπεφνε* | Diod.: **ἅπαντας** *ἀνελεῖν* | Sch.: *ἀναιρεῖ* | Ap.: **πάντας** *ἀπέκτεινεν* |
| 398 ***Μαῖον*** *ἄρα προέηκεν* | | | Ap.: *χωρὶς* **Μαίονος**. |

Deinde nullo exempli verbo servato:

| | | | |
|---|---|---|---|
| 383 *Ἀσωπὸν δ' ἵκοντο* | Ap.: *ὡς δ' ἦλθον εἰς τ. Κιθαιρῶνα* | Sch.: *ἐπελθόντες οὖν ἐ. τ. Θήβαις* | |
| 392 *ἂψ ἀνερχομένῳ* | Ap.: *ἀπιόντα* | Sch.: *ὑποστρέφων*[1] | Diod.: *κατὰ τὴν ὁδὸν* |
| „ *λόχον εἷσαν* | Ap.: *ἐνήδρευσαν* | Sch.: *ἐνεδρεύοντας* | Diod.: *ἐνεδρευθέντα* |
| 389 *ἀεθλεύειν* | | Sch.: *καταλαβὼν γυμνικὸν ἀγῶνα.* | |

Denique ab Homero aliena:

| | |
|---|---|
| Ap.: *Ἐτεοκλεῖ τὴν βασιλείαν παραχωρεῖν Πολυνείκει* | Diod.: *πρὸς Ἐτεοκλέα περὶ τ. καθόδου* |
| „ *κἄπειτα ἐπὶ τ. στρατόπεδον ἦλθεν* | „ *καὶ παραδόξως εἰς Ἄργος διασωθῆναι.* |

Iudicium differamus, dum alia exempla conlegerimus. Similiter enim alius Iliadis locus, qui est de Alcmenae partu, pari modo ab Apollodoro et a Diodoro exhaustus est. Legitur praeterea eiusdem loci paraphrasis in scholiis *A* Il. *T* 119, ubi Homeri narratio ex Rhiano completur. Sed Apollodori verba sunt II 53: *ὅτε γὰρ* ***Ἡρακλῆς ἔμελλε*** *γεννᾶσθαι, Ζεὺς ἐν* ***θεοῖς*** ***ἔφη*** *τὸν ἀπὸ Περσέως γεννηθησόμενον τότε βασιλεύσειν Μυκηνῶν,* ***Ἥρα δὲ*** *διὰ ζῆλον* ***Εἰλειθυίας*** *ἔπεισε τὸν μὲν* ***Ἀλκμήνης τόκον*** *ἐπισχεῖν, Εὐρυσθέα δὲ τὸν* ***Σθενέλου*** *παρέσκευασε γεννηθῆναι ἑπταμηνιαῖον ὄντα.*

In quibus horum versuum Homericorum rudera insunt:

[1]) cf. Hesych. s. v. *ἀνερχομένῳ· ὑποστρέφοντι.*

T 98 *ἤματι τῷ* ***ὅτ' ἔμελλε*** *βίην* ***Ἡρακληείην***
*Ἀλκμήνη τέξεσθαι ἐυστεφάνῳ ἐνὶ Θήβῃ.*
*ἤτοι ὅ γ' εὐχόμενος* ***μετέφη*** *πάντεσσι* ***θεοῖσιν.***

103 *σήμερον ἄνδρα φόωσδε μογοστόκος Εἰλείθυια*
*ἐκφανεῖ, ὃς πάντεσσι περικτιόνεσσι ἀνάξει,*
*τῶν ἀνδρῶν γενεῆς, οἵ θ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσίν.*

114 ***Ἥρη δ'*** *ἀίξασα λίπεν ῥίον Οὐλύμποιο,*
*καρπαλίμως δ' ἵκετ' Ἄργος Ἀχαιικόν, ἔνθ' ἄρα ᾔδη*
*ἰφθίμην ἄλοχον* ***Σθενέλου*** *Περσηιάδαο.*
*ἡ δ' ἐκύει φίλον υἱόν, ὁ δ' ἕβδομος ἑστήκει μείς.*
*ἐκ δ' ἄγαγε πρὸ φόωσδε καὶ ἠλιτόμηνον ἐόντα,*
***Ἀλκμηνης*** *δ' ἀπέπαυσε* ***τόκον,*** *σχέθε δ'* ***Εἰλειθυίας.***

Atque de singulis verbis depromptis aut commutatis postea disseremus. Nunc moneo tribus in rebus Apollodorum Homeri narrationem aut accuratius definire aut mutare. Apud Homerum Iuppiter nihil dicit nisi puerum nasciturum ex sua stirpe esse, apud Apollodorum autem ex Persei stirpe, ceteros igitur humanos suos filios eximit. Tum hic puer secundum Homerum *πάντεσσι περικτιόνεσσι ἀνάξει,* quorum loco Apollodorus Mycenas nominat. Denique Eileithyiae apud Homerum non ut personae divinae inducuntur, certe non agentium partes habent, sed Iuno Lucinae munere fungitur; ea ipsa est quae *ἀπέπαυσε τόκον, σχέθε δ' Εἰλειθυίας;* contra apud Apollodorum Iuno ab Eileithyis persuadendo impetrat, ut Alcmenae partum prohibeant, Nicippes maturent. Atque harum rerum in duabus Diodorus cum Apollodoro consentit; nam scribit IV 9, 4: *διελθόντος δὲ τοῦ κατὰ φύσιν χρόνου ταῖς ἐγκύοις, τὸν μὲν Δία πρὸς τὴν Ἡρακλέους γένεσιν ἐνεχθέντα τῇ διανοίᾳ προειπεῖν παρόντων* ***ἁπάντων*** *τῶν* ***θεῶν*** *ὅτι τὸν κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν Περσειδῶν γεννώμενον ποιήσει βασιλέα, τὴν δ'* ***Ἥραν*** *ζηλοτυποῦσαν καὶ συνεργὸν ἔχουσαν* ***Εἰλείθυιαν*** *τὴν θυγατέρα, τῆς μὲν* ***Ἀλκμήνης*** *παρακατασχεῖν*

*τὰς ὠδῖνας, τὸν δ' Εὐρυσθέα πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου πρὸς τὸ* **φῶς ἀγαγεῖν**; sed in eo dissentit, quod de una tantum Eileithyia eaque Iunonis filia loquitur et Iunonem non ut apud Homerum solam, sed a filia adiutam munere obstetricio functam esse narrat. Neque autem Mycenas nominat, sed Homeri *ἀνάξει κτλ.* verbis *ποιήσει βασιλέα* exprimit. Atque hac in re cum scholiasta Homerico facit, qui ad *T* 119 fabellam prodit hanc: **μελλούσης** *δὲ* **τίκτειν** *(τῆς 'Αλκμήνης)* **ὤμοσεν** *ἐν* **θεοῖς** *τὸν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ γεννηθέντα τῶν* **ἐξ ἑαυτοῦ** *βασιλεύσειν,* **῞Ηρα** *δὲ ζηλοτύπως διατεθεῖσα τὰς μὲν* **'Αλκμήνης** *ὠδῖνας ἐπέσχεν, 'Αντιβίαν δέ, ἥν τινες Νικίππην εἶπον, τὴν* **Σθενέλου** *γυναῖκα κυοφοροῦσαν Εὐρυσθέα ἑπτάμηνον τεκεῖν ἐποίησεν.* Omnibus vero his tribus mythographis commune est, quod Iunonem invidia ductam fuisse dicunt: *διὰ ζῆλον* Apollodorus, *ζηλοτυποῦσαν* Diodorus, *ζηλοτύπως διατεθεῖσα* scholiasta. Atque in Homeri verbis nihil invenies, ad quod hoc referri possit, nam *δολοφρονέως* 106, *δολοφροσύνην* 112 ita reddi nemini, opinor, persuadebis.

Ipsis autem in verbis quae necessitudo tribus mythographis aut inter se aut cum Homero intercedat, rursus tabula adposita demonstrabo.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *T* 98 *ὅτ' ἔμελλε* | Sch.: **μελλούσης** *δὲ* | Ap.: *ὅτε γὰρ Ἡρακλῆς* **ἔμελλε** | Diod.: *διελθόντος τοῦ κατὰ φύσιν χρόνου* |
| 99 *τέξεσθαι* | Sch.: *τίκτειν* | Ap.: *γεννᾶσθαι* | |
| 100 *μετέφη πάντεσσι θεοῖσιν* | Sch.: *ὤμοσεν ἐν* **θεοῖς** (cf. 112 *ἀλλ' ὄμοσεν*) | Ap.: *ἐν* **θεοῖς** *ἔφη* | Diod.: *προειπεῖν παρόντων ἁπάντων τῶν* **θεῶν** |
| 105 *οἵ θ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσίν* | Sch.: *τῶν* **ἐξ ἑαυτοῦ** | Ap.: *ἀπὸ Περσέως* | Diod.: *Περσειδῶν* |
| 117 *ὁ δ' ἕβδομος εἱστήκει μείς* | Sch.: *ἑπτάμηνον* | Ap.: *ἑπταμηνιαῖον ὄντα* | Diod.: *πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου* |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 118 *ἐκ δ' ἄγαγε πρὸ φόωσδε* | Diod.: *πρὸς τὸ* **φῶς ἀγαγεῖν** | Sch.: *τεκεῖν ἐποίησεν* | Ap.: *παρεσκεύασε γεννηθῆναι* |
| 119 *Ἀλκμήνης δ' ἀπέπαυσε τόκον, σχέθε δ' Εἰλειθυίας* | Ap.: *τὸν μὲν* **Ἀλκμήνης τόκον** *ἐπισχεῖν* | Sch.: *τὰς μὲν* **Ἀλκμήνης** *ὠδῖνας ἐπέσχεν* | Diod.: *τῆς μὲν* **Ἀλκμήνης** *παρακατασχεῖν ὠδῖνας.* |

In sequentibus nullo Homeri verbo servato singula aut eodem aut simili modo paraphraseos instar redduntur:

| | | | |
|---|---|---|---|
| 103 *σήμερον* | Sch.: *ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ* | Ap.: *τότε* | Diod.: *κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν* |
| 104 (*φόωσδε Εἰλείθυια*) *ἐκφανεῖ* | Sch.: *γεννηθέντα* | Ap.: *γεννηθησόμενον* | Diod.: *γεννώμενον* |
| 104 *πάντεσσι περικτιόνεσσι ἀνάξει* | Sch.: *βασιλεύσειν* | Ap.: *βασιλεύσειν Μυκηνῶν* [1]) | Diod.: *ποιήσει βασιλέα* |
| 116 *ἄλοχον Σθ.* | Sch.: *τὴν Σθ. γυναῖκα* | | |

Quae ita comparata sunt, ut omnes tres eandem paraphrasin ante oculos habuisse necesse sit. Sed denuo difficultas oritur, si Homeri versuum rudera apud omnes obvia, apud unumquemque diversa consideraveris. Nam in fonte communi scriptum fuisse: *τὰς μὲν Ἀλκμήνης ὠδῖνας ἐπέσχεν* scholiastae et Diodori consensus docet. Quomodo

---

[1]) Hoc Apollodori peculiare esse antea vidimus. Addidit autem *Μυκηνῶν,* quod paullo ante scripserat *ὕστερον δὲ καὶ Εὐρυσθεὺς ἐγένετο, ὃς καὶ Μυκηνῶν ἐβασίλευσεν.* Atque haec ipsa verba causa sunt, cur sequens historia huc inserta sit.

igitur explicatur, quod Apollodorus cum Iliade scripsit: *τὸν μὲν Ἀλκμήνης τόκον*? Deinde in paraphrasi exstitisse: *τῶν ἀπὸ Περσέως* aut *τῶν Περσειδῶν* ex Apollodori et Diodori verbis elucet. Sed qui fit, ut apud scholiastam legamus: *τῶν ἐξ ἑαυτοῦ,* quod manifesto Homeri illud *ἀνδρῶν .... οἵ ϑ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσίν* reddit? Aut, si ad Tydei historiam revertimur, in paraphrasi *πέμπουσι* sive *πρεσβευτήν* sive *προεροῦντα* sive quodvis aliud verbum scriptum fuisse ex scholiasta et Apollodoro cognoscimus, sed apud Diodorum Homericum illud *ἄγγελον ἀποστεῖλαι* (*Δ* 384) nobis occurrit. Huc accedit, quod poetarum verba atque versus alia apud alios mythographos recepta invenimus, quae difficultas eo tantummodo, quod paraphraseis a mythographis contractas et correptas esse dicimus, solvi haudquaquam potest. Itaque nihil relinqui video, quam ut statuamus mythographos non satis habuisse paraphraseis illas describere aut excerpere, sed ipsos poetas consuluisse. Neque profecto id nimis mirandum est. Nam cum illos, qui priore aetate conclamatum illud compendium mythographum condidisse dicuntur, ipsa carmina, unde aut argumenta peterent aut singularum partium paraphraseis componerent, pervolvisse nemo negaverit, cur posteriores mythographos idem fecisse credi nequit, certe si de libris agebatur, qui in omnium manibus erant, ut Homeri et Hesiodi carmina et Sophoclis Euripidisque fabulae selectae? Equidem non video, qua alia via differentiae, quas inter singulos mythographos deteximus, explicari possint. Immo ita factum est, ut in eis, quae a poetis aliena sunt, maxime consentiant, in poetarum verbis reddendis saepe differant.

Quanta autem apud mythographos tragicorum valuerit auctoritas quotque apud eos inveniantur aut fabularum hypotheseis aut singulorum versuum paraphraseis, nemo est qui nesciat. Velut Oidipi Sophoclei orationis (O. R. 780 ss.) frustula extant apud Apollodorum III 50, Bacchi partus a Diodoro (III 64, 4 s.) et Apollodoro (III 27 s.)

secundum Baccharum canticum v. 88 ss., Apollinis apud Adrastum servitus ab eisdem (IV 71, 3; III 122) et Hygino (fab. 49, p. 57 Schmidt) secundum Alcestidis (v. 3 ss.), Iphigeniae immolatio secundum Iphigeniae prioris (v. 26 ss.) prologum ab Apollodoro (Ep. 3, 22) et Hygino (fab. 98, p. 92 Schmidt) enarratur et alia multa eiusdem generis. Quae omnia si tractare vellem, huius disputatiunculae fines longe excederem. Itaque pauca exempla praeter ea, quae iam in antecedentibus inveniuntur, attulisse satis habebo.

Agamemnonis morte ex Aeschyli Orestia exposita Apollodorus pergit Ep. 6, 24: *Ἠλέκτρα δὲ μία τῶν Ἀγαμέμνονος θυγατέρων* **Ὀρέστην** *τὸν ἀδελφὸν* **ἐκκλέπτει** *καὶ* **δίδωσι Στροφίῳ Φωκεῖ τρέφειν.** Quae nihil aliud sunt quam Euripidis in Electrae prologo versus 16—18

*τὸν μὲν πατρὸς γεραιὸς* **ἐκκλέπτει** *τροφεὺς*
*μέλλοντ'* **Ὀρέστην** *χερὸς ὑπ' Αἰγίσθου θανεῖν*
**Στροφίῳ** *τ'* **ἔδωκε Φωκέων** *εἰς γῆν* **τρέφειν.**

nisi quod, quae Apollodorus Electrae tribuit, hic de paedagogo praedicantur. Atque eadem Servius VI 471: hunc **Oresten** Electra, soror eius, post occisum ab Aegistho dolo Clytaemestrae matris Agamemnonem **subtraxit,** quem **Strophio alendum dedit.** Neque aliter Hyginus fab. 117 p. 102, 15: at Electra Agamemnonis filia **Orestem** fratrem infantem **sustulit,** quem **demandavit** in **Phocide Strophio.** Qua ex re iam in fonte communi Electram pro paedagogo substitutam fuisse apparet. Neque causa huius substitionis obscura est. Nam ipse ille paedagogus in Electrae Sophocleae prologo v. 11 s. dicit:

*ὅθεν σε πατρὸς ἐκ φόνων ἐγώ ποτε*
*πρὸς σῆς ὁμαίμου καὶ κασιγνήτης λαβὼν*
*ἤνεγκα κἀξέσωσα κἀξεθρεψάμην.*[1])

---

[1]) cf. v. 296 s.

Itaque forma fabulae Sophoclea, verba Euripidea sunt.[1])

De Nessi morte Apollodorus II 151 haec tradit: *ἄγων δὲ Δηιάνειραν ἐπὶ* ***ποταμὸν Εὔηνον*** *ἧκεν, ἐν ᾧ καθεζόμενος* ***Νέσσος*** *ὁ Κένταυρος τοὺς π α ρ ι ό ν τ α ς* ***διεπόρθμευε μισθοῦ,*** *λέγων παρὰ θεῶν τὴν πορθμείαν εἰληφέναι διὰ δικαιοσύνην. αὐτὸς μὲν οὖν Ἡρακλῆς τὸν ποταμὸν διήει, Δηιάνειραν δὲ μισθὸν αἰτηθεὶς ἐπέτρεψε Νέσσῳ διακομίζειν. ὁ δὲ δ ι α π ο ρ θ μ ε ύ ω ν αὐτὴν ἐ π ε χ ε ί ρ ε ι βιάζεσθαι. τῆς δὲ ἀ ν α κ ρ α γ ο ύ σ η ς αἰσθόμενος Ἡρακλῆς ἐξελθόντα Νέσσον ἐ τ ό ξ ε υ σ ε ν εἰς τὴν κ α ρ δ ί α ν. ὁ δὲ μ έ λ λ ω ν τ ε λ ε υ τ ᾶ ν προσκαλεσάμενος Δηιάνειραν εἶπεν, εἰ θέλοι φ ί λ τ ρ ο ν π ρ ὸ ς* ***Ἡρακλέα*** *ἔχειν, τόν τε γόνον, ὃν ἀφῆκε κατὰ τῆς γῆς καὶ τὸ ῥυὲν ἐκ τοῦ τ ρ α ύ μ α τ ο ς τῆς ἀκίδος* ***αἷμα*** *συμμῖξαι. ἡ δὲ ποιήσασα τοῦτο ἐφύλαττε παρ' ἑαυτῇ.*

Cuius narratiunculae fundamentum esse Trachiniarum versus 559 ss. neminem fugit. Conferas enim:

559 *ὃς τὸν βαθύρρουν* ***ποταμὸν Εὔηνον*** *β ρ ο τ ο ὺ ς*
***μισθοῦ ἐπόρευε*** *χερσίν,* . . . . . . . . . .

562 *ὃς κἀμέ, τὸν πατρῷον ἡνίκα στόλον*
*ξὺν Ἡρακλεῖ τὸ πρῶτον εὖνις ἑσπόμην,*
*φ έ ρ ω ν ἐπ' ὤ μ ο ι ς, ἡνίκ' ἦν μέσῳ πόρῳ,*
*ψ α ύ ε ι μ α τ α ί α ι ς χ ε ρ σ ί ν· ἐκ δ' ἤυσ' ἐγώ,*
*χὡ Ζηνὸς εὐθὺς παῖς ἐπιστρέψας χεροῖν*
*ἧ κ ε ν κ ο μ ή τ η ν ἰόν, ἐς δὲ π λ ε ύ μ ο ν α ς*
*σ τ έ ρ ν ω ν διερροίζησεν. ἐ κ π ν έ ω ν δ' ὁ θὴρ*
*τοσοῦτον* ***εἶπε·*** *παῖ γέροντος Οἰνέως*

---

[1]) Simili modo Apollodorus II 31 Chimaerae descriptionem: *εἶχε δὲ προτομὴν μὲν λέοντος, οὐρὰν δὲ δράκοντος, τρίτην δὲ κεφαλὴν μέσην αἰγός, δι' ἣν πῦρ ἀνίει* pravissime sane ex his duobus fontibus contaminavit:

Il. *Z* v. 181 s.

*π ρ ό σ θ ε λ έ ω ν, ὄ π ι θ ε ν δὲ δ ρ ά κ ω ν, μέσση δὲ χίμαιρα*
*δεινὸν ἀ π ο π ν ε ί ο υ σ α π υ ρ ὸ ς μένος αἰθομένοιο*

et Hesiod. theog. v. 321 s.

572 ἐὰν γὰρ ἀμφίθρεπτον **αἷμα** τῶν ἐμῶν
σφαγῶν ἐνέγκῃ χερσίν, . . . . . . . . .

575 ἔσται φρενός σοι τοῦτο κηλητήριον
τῆς **Ἡρακλείας**, ὥστε μή τιν' εἰσιδὼν
στέρξαι γυναῖκα κεῖνος ἀντί σοῦ πλέον.

At in Apollodori verbis insunt quaedam a Sophocle aliena, quae inter se vix conciliari possint. Nam cum secundum Sophoclem medio in flumine Nessum Deianirae vim afferre voluisse narratum sit, quomodo cogitari potest Herculem non statim sagittam in Centaurum misisse, sed exspectasse, dum ripam attigisset? *ἐξελθόντα* enim eum transfixisse dicitur. Nam ut mittamus Herculem tum rectius clava usurum fuisse quam arcu, Nessus, si Hercules adventum eius exspectabat, desiderio suo in flumine satisfacere potuit. Sed hac cum re cohaeret, quod paullo post semen Centauri in terram fluxisse enarratur. Itaque in ripa, non in flumine Nessus Deianirae stuprum inferre volebat idque coram Hercule[1]), quo sane ineptius nihil cogitari potest. Atque omnia bene se haberent, si Hercules in ripa citeriore remansisset. Tum Centauro tale audere licuit, tum arcu opus erat. At Apollodorus diserte dicit Herculem pedibus fluvium transgressum esse idque prius quam Nessum cum Deianira: *αὐτὸς μὲν οὖν Ἡρακλῆς τὸν ποταμὸν διῄει, Δηιάνειραν δὲ κτλ.* Qua de re quamquam Sophocles nulla verba facit, tamen eum quoque rem hoc modo sibi cogitasse inde apparet, quod Herculis sagitta pectus, non tergum Centauri percutit. Itaque Sophocleam narrationem

---

*τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί· μία μὲν χαροποῖο λέοντος,*
*ἡ δὲ χιμαίρης, ἡ δ' ὄφιος, κρατεροῖο δράκοντος.*

Utriusque igitur carminis rationem habet, sed, ut monstri formae diversissimae, quas mutuatus est, in unum contractae aptae sint atque inter se connexae, minime curat.

[1]) Neque minus inepte est, quod praesente Hercule Deianirae consilium suum dat.

cum alia fabula contaminatam esse elucet, cuius id quoque proprium erat, quod philtrum non ex Centauri sanguine solo constabat, sed ex sanguine et semine eius mixtum erat.

Nunc ceteros testes audiamus. Diodorus scribit IV 36, 3: *ἐπεὶ δὲ πορευόμενος ἦλθε πρὸς τὸν* **Εὔηνον ποταμὸν**, *κατέλαβε Νέσσον τὸν Κένταυρον* **μισθοῦ** *διαβιβάζοντα τὸν ποταμόν. οὗτος δὲ πρώτην διαβιβάσας τὴν Δηιάνειραν, καὶ διὰ τὸ κάλλος ἐρασθεὶς, ἐπεχείρησε βιάσασθαι ταύτην. ἐπιβοωμένης δὲ αὐτῆς τὸν ἄνδρα, ὁ μὲν Ἡρακλῆς ἐτόξευσε τὸν Κένταυρον, ὁ δὲ Νέσσος μεταξὺ μισγόμενος, καὶ διὰ τὴν ὀξύτητα τῆς πληγῆς εὐθὺς ἀποθνήσκων, ἔφησε τῇ Δηιανείρᾳ δώσειν φίλτρον, ὅπως μηδεμιᾷ τῶν ἄλλων* **γυναικῶν** *Ἡρακλῆς θελήσῃ πλησιάσαι. παρεκελεύσατο οὖν λαβοῦσαν τὸν ἐξ αὐτοῦ πεσόντα γόνον, καὶ τούτῳ προσμίξασαν ἔλαιον καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἀκίδος ἀποστάζον* **αἷμα** *χρῖσαι τὸν* **χιτῶνα** *τοῦ Ἡρακλέους. οὗτος μὲν οὖν ταύτην ὑποθήκην δοὺς τῇ Δηιανείρᾳ παραχρῆμα ἐξέπνευσεν. ἡ δὲ κατὰ τὴν γενομένην ὑπὸ τοῦ Νέσσου παραγγελίαν εἰς ἄγγος ἀναλαβοῦσα τὸν γόνον, καὶ τὴν ἀκίδα βάψασα, λάθρᾳ τοῦ Ἡρακλέους ἐφύλαττεν.*

Hac in narratione omnia recte procedunt; Hercules in citeriore ripa reditum Nessi exspectat, ut ipse quoque transferatur. Qua in corporis parte Nessus vulneretur, non indicatur, ut omnia bene conveniant. Sane dici potest, si res medio in flumine locum habet, Nessi semen in aquam decidere debuisse; sed fortasse Diodorus fingit corpus Deianirae semine Centauri contaminatam fuisse. Hoc uno excepto tenemus hic eam fabulae formam, quam supra postulavimus. Sed nihilo minus in verbis non solum eadem versuum Sophocleorum frustula deprehendimus, sed Diodorus etiam nonnullorum versuum rationem habet, qui ab Apollodoro neglecti sunt. Nam primum verba *ὅπως μηδεμιᾷ τῶν ἄλλων* **γυναικῶν** *Ἡρακλῆς θελήσῃ πλησιάζειν* manifesto ad versus 576 s. spectant: *ὥστε μή τιν' εἰσιδὼν στέρξαι* **γυναῖκα** *κεῖνος ἀντὶ σοῦ πλέον*, quamquam sententiam eorum exaggerantia. Tum vas, quo Deianira semen condidisse dicitur, ex versu 556 de-

promptum est: *λέβητι χαλκέῳ κεκρυμμένον.* Denique, cum apud Sophoclem Nessus Deianirae, quomodo philtro uti debeat, non explicet, apud Diodorum Herculis vestem eo tingi iubet. Praecipit ergo, quae Deianira paullo post dicit v. 580 *χιτῶνα τόνδ' ἔβαψα.* Sed in eodem versu addit *προσβαλοῦσ' ὅσα ζῶν κεῖνος εἶπε.* Atque de semine Nessi nec Sophoclem cogitasse neque omnino cogitari potuisse vix est, quod moneam. Itaque recte scholia explicant: *τοῦτό φησιν, ὡς κατ' ἐντολὴν Νέσσου καὶ ἄλλα τινὰ συμμίξασα.* Iam intellegimus, cur Diodorus addiderit: *καὶ τούτῳ προσμίξασαν ἔλαιον.*

Sed etiamsi fundamentum narrationis Diodoreae a Sophocle alienum est, tamen, ut iam dixi, Sophoclea multa inserta sunt. Inter quae, ni fallor id quoque numerandum est, quod Nessi interitus in flumine, non in ripa accidit. Nam ut Sophocles in Trachiniis componendis omnino paullo neglegentius egit ita eum etiam fugisse videtur Nesso medio in flumine necato Deianiram fluctibus submergi debuisse. Nam si fingimus Herculem ad eripiendam eam advolaturum fuisse, non intellegitur, cur non ipse eam transportaverit, sed Centauri ope usus fuerit. Quae difficultas evitatur in ea quam ex Apollodoro elicuimus fabulae forma, sed eius loco altera nascitur. Nam si Hercules flumen transgredi[1]) non potuit, in aeternum in ripa citeriore[2]) a Deianira divisus remanere debuit.

Quibus disputatis ad propositum redeamus. Restant Servius et Hyginus. Servius enim in Herculis vita, quam ad Aen. VIII 299 narrat, ita scribit (pag. 242, 25 Thilo-Hagen): ‚cum Deianiram coniugem per **fluvium**, in quo **Nessus** centaurus commeantes transvehebat, etiam Hercules

[1]) Philostratus iunior (im. 16) Herculem Euenum curru trauseuntem facit ad exemplum picturarum.

[2]) Omnes hae difficultates in Eueno fluvio, cui in antiquissima fabulae forma locus non erat, positae sunt. Vide Robert, Ant. mon. dei Lincei IX 1899 p. 17.

transvehere vellet, ausus est Nessus occulte Deianiram de stupro interpellare. quod cum Hercules agnovisset, Nessum peremit. sed Nessus moriens Deianiram monuit, ut sanguinem suum exceptum servaret, et si quando advertisset Herculem altera **femina** delectari, sanguine ipso **vestem** inlitam marito daret, per quam vindicari posset.'

En tertia fabulae forma; Hercules ipse uxorem suam transferre vult, Nessus Centaurus non vim adhibet, sed suppressa voce Deianirae concubitum petit. Res, ni fallor, in citeriore fluvii ripa locum habet. Sophoclea paucissima, ultima cum Diodoro fere consentiunt, sed v. 576, 577 paullo aliter exprimuntur. De Nessi semine nihil.

Denique apud Hyginum fab. 33, p. 66, 23 haec leguntur: ‚Nessus Ixionis et Nubis filius Centaurus rogatus ab Deianira, ut se **flumen Euenum** transferret, quam **sublatam** in flumine ipso violare voluit. Hoc Hercules cum intervenisset et Deianira eius fidem implorasset, Nessum sagittis confixit. Ille moriens, cum sciret **sagittas hydrae Lernaeae** felle **tinctas** quantam vim haberent veneni, **sanguinem** suum exceptum Deianirae dedit et id philtrum esse dixit: si vellet ne se coniunx sperneret, eo iuberet vestem eius perungi. id Deianira credens conditum diligenter servavit.'

Habemus quartam fabulae formam. Deianira Herculis uxor non est, ut in mytho antiquissimo[1]), aut certe nondum est. Itaque versus 575 sententia paullo variatur nec coniugis nomen, qui quis futurus sit in incerto est, indicatur. Sed tamen in hac narratione a Sophocle alienissima praeter verborum Sophocleorum umbras quasdam totum versum, quem ceteri mythographi pariter neglexerunt, fere ad verbum redditum legimus 574: *ἢ μελαγχόλους ἔβαψεν ἰοὺς θρέμμα Λερναίας ὕδρας.* Ultima fabulae verba cum Apollodoro consentiunt.

---

[1]) V. Robert l. l.

Quae vero mythographorum verba ad Sophoclem redeant aut quae ab illo aliena mythographi inter se communia habeant, haec tabula docet:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 559 *ποταμὸν Εὔηνον* | Ap.: ***ποταμὸν Εὔηνον*** | Diod.: ***Εὔηνον ποταμόν*** | Hyg.: **flumen Euenum** | Ser.: fluvium |
| 560 *μισθοῦ ἐπόρευε* | Ap.: *διεπόρθμευε* ***μισθοῦ*** | Diod.: ***μισθοῦ*** *διαβιβάζοντα* | Ser.: transvehebat | Hyg.: **transferret** |
| 568 s. *ἐκπνέων .. εἶπε* | Ap.: *μέλλων τελευτᾶν* ***εἶπε*** | Diod.: *ἀποθνήσκων ἔφησε* | Ser.: moriens monuit | Hyg.: moriens dedit |
| 572 *αἷμα τῶν ἐμῶν .. σφαγῶν* | Ap.: *τὸ ῥυὲν ἐκ τοῦ τραύματος τῆς ἀκίδος* ***αἷμα*** | Diod.: *τὸ ἀπὸ τῆς ἀκίδος ἀποστάζον* ***αἷμα*** | Hyg.: **sanguinem** suum | |

| | |
|---|---|
| 573 s. *ᾗ μελαγχόλους ἔβαψεν ἰοὺς θρέμμα Λερναίας ὕδρας* | Hyg.: **sagittas hydrae lernaeae** felle **tinctas** |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 580 *χιτῶνα τόνδ' ἔβαψα* | Diod.: *χρῖσαι τὸν χιτῶνα* | Hyg.: vestem perungi | Ser.: vestem inlitam |

Nullo Sophoclis verbo servato:

| | | |
|---|---|---|
| 556 *λέβητι χαλκέῳ* | Diod.: *εἰς ἄγγος* | |
| 559 *βροτούς* | Ap.: *τοὺς παριόντας* | Ser.: commeantes[1]) |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 564 *φέρων ἐπ' ὤμοις* | Hyg.: sublatam | Ap.: *διαπορθμεύων* | Diod.: *διαβιβάσας* |
| *μέσῳ πόρῳ* | Hyg.: in flumine ipso | | |

---

[1]) Philostr. iun. im. 16 *πορθμεύοντος γὰρ τοὺς δεομένους.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 565 ψαύει ματαίαις χερσίν | Ap.: ἐπεχείρει βιάζεσθαι | Diod.: ἐπεχείρησε βιάσασθαι | Hyg.: violare voluit | Ser.: de stupro interpellare. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| ἐκ δ' ἤυσ' ἐγώ | Ap.: ἀνακραγούσης | Diod.: ἐπιβοωμένης | Hyg.: fidem implorasset |
| 567 ἧκεν κομήτην ἰόν | Ap.: Diod.: ἐτόξευσεν | Hyg.: sagittis confixit | Ser.: peremit |
| ἐς δὲ πλεύμονας στέρνων | Ap.: εἰς τὴν καρδίαν | | |
| 575 φρενὸς . . . κηλητήριον τῆς Ἡρακλείας | Ap.: φίλτρον πρὸς Ἡρακλέα | Diod.: φίλτρον | Hyg.: philtrum |
| 576 s. ὥστε μή τιν' εἰσιδὼν στέρξει γυναῖκα κεῖνος ἀντὶ σοῦ πλέον. | Diod.: ὅπως μηδεμιᾷ τῶν ἄλλων γυναικῶν Ἡρακλῆς θελήσῃ πλησιάζειν | Ser.: si quando advertisset Herculem altera femina delectari | Hyg.: si vellet, ne se coniunx sperneret |
| 573 ἐνέγκῃ χερσίν | Diod.: λαβοῦσαν | Hyg. Ser.: exceptum | |

A Sophocle aliena

| | |
|---|---|
| Ap.: τόν τε γόνον, ὃν ἀφῆκε κατὰ τῆς γῆς | Diod.: τὸν ἐξ αὐτοῦ πεσόντα γόνον |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ap.: ἡ δὲ ποιήσασα τοῦτο ἐφύλαττε παρ' ἑαυτῇ | Diod.: ἐφύλαττε | Ser.: servaret | Hyg.: conditum diligenter servavit |

Ap.: λέγων παρὰ θεῶν τὴν πορθμείαν εἰληφέναι διὰ δικαιοσύνην.

Tot communia quot diversa. Et magna etiam in fabulae forma diversitas. Neque tamen praeter Sophoclem alium poetam adhibitum esse crediderim. Immo omnes hae differentiae eo spectant, ut mendum, quod Sophoclis

narrationi inesse supra monui, tollatur. Itaque, ni fallor, ad fontem communem Diodorus proxime accedit. Ceteri aut novis rebus inductis aut Sophocle denuo consulto eas quas vidimus varietates creaverunt.

Atque haec quidem hactenus. Omnes enim quorum aut rudera aut vestigia apud mythographos indigasse mihi videor versus eodem modo tractare longum est et lectores taederet. Neque tamen incommodum fore spero, ei praesertim qui aliquando mythographos imprimis Apollodorum secundum eas quas Eduardus Schwartz (Pauly—Wissowa sub Apollodoro) constituit normas editurus est, si catalogum horum locorum in paginis sequentibus proposuerim.

| **Iliadis** | Apd. | Diod. | schol. *A* |
|---|---|---|---|
| *A* 590 ss. (cf. *Σ* 398) | I 19 | | *A* 590 |
| *B* 306, 308 ss., 313 ss. | Ep. 3, 15 | | |
| 318, 324, 329 | „ 3, 15 | | |
| 661 ss., 667 | II 170 | IV 58, 7 | |
| 668 | | IV 58, 7 | |
| *Δ*[1]) 383 s., 389, 392 s. | III 67 | IV 65, 4 | *Δ* 376 |
| 390 | | | *Δ* 376 |
| 397 s. | III 67 | | |
| *E* 385 ss. | I 55 | | |
| *Z* 135 s., 139 | | | *Z* 131 |
| | | | Hyg. f. 57 |
| 160 ss. | II 30 | VI 9 | p. 60, 4 |
| 168 | | VI 9 | |
| 178 s., 181 s.[2]) | II 30 | | p. 60, 7; 9 |
| 184, 186 | II 32 | | |
| 188 ss. | II 33 | | |
| 192 | II 33 | | p. 60, 13. |
| | | | schol. *A* |
| *I* 449 s., 451 s., | | | *I* 448 |
| 454 ss., 478 ss. | | | *I* 448 |
| 484 | | | *I* 448 |
| 549, 556 ss., 565 ss. | I 72 | | |
| 573, 574 ss., 590 s. | I 73 | | |
| 595 | I 73 | | |
| *O* 18, 26 s. | I 19 | | *A* 590 |
| *T*[3]) 98 ss., 103 s., 117 ss. | II 53 | IV 9, 4 | *T* 119 |
| 105 | | | *T* 119 |
| *Ψ* 85 ss. | III 176 | | *M* 1 |

[1]) v. p. 33 ss. [2]) v. p. 42 adn. 1. [3]) v. p. 36 ss.

| Odysseae | Apd. | Hyg. f. 125 |
|---|---|---|
| β 97 ss., 104 s.[1]) | Ep. 7, 31 | |
| γ 137, 140 ss., 298 ss. | „ 6, 1 | |
| 278, 289 s., 291 | „ 6, 29 | |
| 304—311 | „ 6, 30 | |
| δ 83 ss., 90 | „ 6, 29 | |
| 244 s., 249 s., 257 s. | „ 5, 13 | |
| 277 ss., 286 s. | „ 5, 19 | |
| 500 ss., 506 s., 511 | „ 6, 6 | |
| ϑ 504 ss. | „ 5, 16 | |
| 508 s. | „ 5, 17 | |
| 569[2]) | „ 7, 25 | |
| ι 39 ss. | „ 7, 2 | p. 106, 9 |
| 49, 60 s. | „ 7, 2 | |
| 83, 88 | „ 7, 3 | |
| 90 | | „ 106, 14 |
| 94 ss.[3]) 98[2]) | „ 7, 3 | „ 106, 12; 15 |
| 172 s., 182[2]), 195 ss.[2]) | „ 7, 4 | |
| 214[2]) | „ 7, 4 | „ 106, 22 |
| 231 s. | „ 7, 4 | |
| 237 | „ 7, 5[4]) | „ 106, 19 |
| 240 | „ 7, 5 | „ 106, 20 |
| 243 | „ 7, 5 | |
| 353 s.[2]), 369 s. | „ 7, 6 | |
| 399 ss. | „ 7, 7 | „ 107, 1 |
| 417[5]), 431 ss.[5]), 463 ss. | „ 7, 8 | |
| 481 ss. | „ 7, 8 | |
| 509 ss. | „ 7, 9 | „ 106, 16 |
| κ 1 s., 21 s.[5]) | „ 7, 10 | „ 107, 5 |
| 19 s.[5]) | „ 7, 10 | „ 107, 6 |
| 23, 29 ss. | „ 7, 10 | |
| 34 s., 47 s. | „ 7, 11 | „ 107, 7; 8 |
| 54 s., 72 ss.[4]) | „ 7, 11 | „ 107, 9; 10 |
| 95[5]), 100 s., 105 | „ 7, 12 | |

[1]) v. p. 22. [2]) v. p. 20. [3]) v. p. 23. [4]) v. p. 24. [5]) v. p. 21.

| Odysseae | Apd. | Hyg. fab. 125 |
|---|---|---|
| κ 116 ss.[1]), 127[2]), 132[2]) | Ep. 7, 13 | |
| 135 ss., 203 | „ 7, 14 | |
| 206 ss. | „ 7, 14 | p. 107, 15 |
| 231 s.[2]) | „ 7, 15 | „ 107, 16 |
| 234 ss [1]) | „ 7, 15 | |
| 321 s.[1]), 343 ss.[3]) | „ 7, 16 | „ 107, 20; 23 |
| 469 | „ 7, 17 | |
| λ 57, 61 ss. | | „ 108, 3; 4 |
| 77 | | „ 108, 6 |
| 235, 238, 240 ss. | I 90[4]) | |
| 311 ss. | I 54 | f. 28, p. 57, 2 |
| 523 s. | Ep. 5, 15 | |
| 576 | | „ 55, „ 59, 18 |
| 578, 580 s.[5]) | I 23 | |
| 583 | Ep. 2, 1 | „ 82, „ 82, 18 |
| 584 | | „ 82, „ 82, 18 |
| 585 s., 588, 591 s. | „ 2, 1 | „ 82, „ 82, 19 s. |
| 593 ss. | I 85 | „ 60, „ 61, 12 |
| μ 89 ss.[6]) | Ep. 7, 20 | fab. 125 |
| 104 s.[1]) | „ 7, 21 | p. 108, 23 |
| 177 ss.[1]) | „ 7, 19 | „ 108, 13 |
| 193 s. | „ 7, 19 | |
| 245 s. | „ 7, 21 | „ 108, 17 |
| 431 ss. | „ 7, 23 | |
| ν 163[7]) | „ 7, 35 | |

| hymn. in Cerer. | Apd. | hymn. in Cerer. | Apd. |
|---|---|---|---|
| 47 s.[8]), 91 s.[8]), 101 | I 29 | 3 ss., 21 s., 25 ss. | III 112 |
| 98 s., 202 ss. | I 30 | 83, 106 s., 116 s. | III 112 |
| 233 ss., 239 | I 31 | 124 | III 112 |
| 240 s., 243 ss.[8]) | I 31 | 41, 51 s., 208 | III 113 |
| 348 s., 372 ss.[9]) | I 33 | 215 s. | III 113 |
| 374 s., 446 s. | I 33 | 228, 237, 304 | III 114 |
| | | 496 ss., 512 | III 115 |

[1]) v. p. 22. [2]) v. p. 21. [3]) v. p. 25. [4]) v. p. 18 s. [5]) v. p. 18 adn. 1. [6]) v. p. 27. [7]) v. p. 20. [8]) v. p. 5. [9]) v. p. 2; 3 ss.

| Hesiodi | | Pindari | |
|---|---|---|---|
| theog. | Apd. | | schol. Od. |
| 143[1]), 148 s., 155 ss. | I 1 | Pyth. II 22 ss.[5]), 24 ss. | φ 303 |
| 157 s. | I 2 | | schol. Eur. |
| 174 s., 180 ss.[2]), 189 | I 3 | | Phoen. 1185 |
| 270 s.[3]) | II 37 | 31 ss., 40[5]) | schol. Apoll. |
| 280 s.[3]) | II 42 | | Rhod. III 62 |
| 453 ss., 463 s.[2]), 467 | I 4 | 36 ss., 48 s.[6]) | schol. Od. |
| 467 ss., 483, 485 | I 5 | | φ 303 |
| 497[4]), 627 s., 636 | I 6 | 44 ss. | schol. Od. |
| 504 s., 717 s., 734 | I 7 | | φ 303 |
| | I 45 | | D. IV 70, 1 |
| 523 ss.[4]) | Hyg. f. 144 | III 45 s. | Apd. III 19 |
| | p. 23, 7 | IX 26 ss.[5]) | schol. Apoll. |
| 719[2]) | I 2 | | Rhod. II 498 |
| 927 s. | I 19 | | Apd. |
| erga | | Nem. V 30 s. | III 165 |
| 50 ss. | I 45 | IX 24 ss.[7]) | III 77 |
| | Hyg. l. l. | Isthm. VIII 30 s.[8]) | III 168 |
| scut. Herc. | schol. A | | |
| 11 ss. (cf. 80 ss.) | Ξ 323 | | |
| 15 ss. | „ 323 | | |
| 23 ss. | „ 323 | | |
| 35 ss. | „ 323 | | |
| 83 ss. | „ 323 | | |

**Bacchylidis**

| | Apd. | schol. Od. |
|---|---|---|
| c. V 103 ss.[9]) | I 66 | |
| c. X 47 ss. | II 26 | ο 225 |

1) v. p. 8. 2) v. p. 7. 3) v. p 19. 4) v. p. 2. 5) v. p. 17. 6) v. p. 9. 7) v. p. 14. 8) v. p. 15. 9) v. p. 16.

**Aeschyli**

| | Apd. | Hyg. f. 144 |
|---|---|---|
| Prom. 3 ss. | I 45 | p. 23, 9 |
| „ 768 ss. | III 169 | |
| Agam. 1382 | Ep. 6, 23 | |
| Choeph. 273 | „ 6, 24 | |

**Sophoclis**

| | Apd. | Hyg. f. 67 | Diod. |
|---|---|---|---|
| Ai. 25 ss., 47, 51 ss. | Ep. 5, 6 S. | | |
| O. R. 775 s., 779 s., 787 ss. | III 50 | p. 73, 4 ss. | |
| 791, 793 ss. | III 50 | | |
| 1024 | | | IV 64, 2 |
| 1268 ss. | | „ 74, 9 | |
| Trach. 237 s. | II 157 | fab. 34 | |
| 559 s.[1] | II 151 | | IV 36, 3 |
| 564 ss.[1] | II 151 | p. 66, 23 | IV 36, 4 |
| 574 s.[2], 576[3], 695 s. | | „ 67, 2; 15 | |
| 750 s. | II 156 | | |
| 752 ss. | II 157 | | IV 37, 5 |
| 756 | II 157 | | IV 38, 1 |
| 759 | II 158 | „ 67, 17 | IV 38, 2 |
| 768 s., 771 | II 158 | | |
| 779 s. | II 158 | „ 67, 20 | |
| O. C. 427 ss.[4] | III 56 | | |

**Euripidis**

| | Apd. | Hyg. | Diod. |
|---|---|---|---|
| Alc. 3 ss. | III 122 | f. 49 p. 57, 14 | IV 71, 3 |
| 8 | III 122 | | |
| 12 s. | I 106 | „ 61 „ 58, 10 | |
| Med. 18 s., 21 ss. | I 145 | | |
| 22[5], 492 s.[6] | | | IV 54, 4 |
| 596 s. | | | IV 54, 3 |

---

[1]) v. p. 42. [2]) v. p. 43. [3]) v. p. 44. [4]) v. p. 18. [5]) v. p. 2. [6]) v. p. 8.

**Euripidis**

| | | Apd. | Hyg. | Diod. |
|---|---|---|---|---|
| Hipp. | 11 | | | IV 62, 1 |
| | 24 ss., 29 ss. | | | IV 62, 2 |
| | 1213 s. | Ep. 1, 19 | f. 47 p. 72, 12 | |
| | 1215 s. | „ 1, 19 | „ 47 „ 72, 12 | IV 62, 3 |
| | 1236 s. | „ 1, 19 | | IV 62, 3 |
| Ion. | 274 | III 189 | Paus. I 18, 2 | |
| | 282 | III 204 | | |
| El. | 16 s.[1] | Ep. 6, 24 | f. 117 p. 102, 15 | |
| | 33 | | „ 119 „ 103, 5 | |
| Hel. | 33, 44 s., 46 ss. | „ 3, 5 | | |
| Phoen. | 10, 21 | III 48[2] | | |
| | 13 ss., 20, 27 | | | IV 61, 1[3] |
| | 18 s., 22, 25 s. | III 48 | | IV 64, 1 |
| | 28 ss. | III 49 | | |
| | 32 ss., 35 s. | | | IV 64, 2 |
| | 34 | III 50 | „ 67 „ 73, 7 | IV 64, 2 |
| | 37 ss. | III 51 | „ 67 „ 73, 9 | IV 64, 2 |
| | 39 | Zen. II 68 | „ 67 „ 73, 9 | IV 64, 2 |
| | 42 | | „ 67 „ 73, 10 | |
| | 47 ss. | III 54 | „ 67 „ 73, 17 | IV 64, 3 |
| | 52 | III 55 | „ 67 „ 73, 22 | |
| | 53 ss. | III 55 | „ 67 „ 73, 22 | IV 64, 4 |
| | 63 s. | III 55 | | IV 65, 1[4] |
| | 71 ss., 74 ss. | III 57 | | IV 65, 1 |
| | 411 | III 59 | „ 68 „ 76, 16 | scohl. Δ 376 |
| | 415, 417 ss. | III 58 | | |
| | 422 ss. | III 59 | | „ „ 376 |
| | 427 | III 59 | | „ „ 376 |
| | | | | Diod. |
| | 750 s.[5] | III 69 | | IV 65, 3 |
| | 933 s. | III 73 | | |
| | 940 ss. | | „ 68 „ 75, 18 | |

[1]) v. p. 41. [2]) v. p. 9 adn. 1. [3]) v. p. 9 ss. [4]) v. p. 13. [5]) v. p. 19.

**Euripidis**

| | Apd. | Hyg. | Diod. |
|---|---|---|---|
| Phoen. 1174 ss. | | f. 71 b p. 75, 4 | |
| 1188 | III 74 | | |
| 1693 ss. | cf. Robert, homer. Becher p. 59 | | |
| I. T. 26 ss., 29, 34 | Ep. 3, 22 S. | f. 98 p. 92,23 | |
| 79 s. | | „ 120 „ 103,5 | |
| 82 s., 85 ss. | „ 6, 26 „ | „ 120 „ 103,13 | |
| 92 | | „ 120 „ 103,15 | |
| 106 s. | | „ 120 „ 103,19 | |
| 333 ss. | „ 6, 27 „ | „ 120 „ 103,20 | |
| 1157 s. | | „ 120 „ 103,24 | |
| 1163 | | „ 120 „ 104,2 | |
| 1209 s. | | „ 120 „ 104,4 | |
| Bacch. 26 ss., 30 | III 27 | | |
| 32 s., 43 s. | III 36 | | |
| 47 s. | III 37 | | |
| 91 ss., 99 ss. | III 27 | | III 64, 4 |
| 838 | III 36 | Paus. II 2, 7 | |
| 1330, 1339 | III 39 | | |
| TGF² Nauck | | | |
| Teleph. frg. 696 | | f. 99 p. 93, 3 | |
| Meleagr. „ 515 | I 64 | schol. *A* | |
| „ „ 516 | I 66 | *I* 534 | |
| Antiop. „ 207 | III 43 | | |

**Apollonii Rhodii**

| | Apd. | Hyg. |
|---|---|---|
| I 9 ss.[1]) | I 108 | f. 12 p. 43, 19 |
| 18 s., 526 | I 110 | |
| 37 ss.[2]) | | „ 14 „ 44, 13 |
| 43 s. | | „ 14 „ 44, 17 |
| 67 s. | | „ 14 „ 45, 11 |
| 182 ss. | | „ 14 „ 47, 3 |

---

[1]) v. p. 28. [2]) v. p. 30.

**Apollonii Rhodii**

| | Apd. | Hyg. |
|---|---|---|
| I 219 ss. | | f. 14 p. 47, 13 |
| 229 ss.[1] | | „ 14 „ 48, 5 |
| 611 ss. | I 114 | „ 15 „ 50, 6 |
| 620 ss. | I 115 | „ 15 „ 50, 8 |
| 695 | | „ 15 „ 50, 13 |
| 788 | | „ 15 „ 50, 11 |
| 914[2] | I 135 | „ 14 „ 48, 16 |
| 961 ss.[3], 1024 s. | I 116 | „ 16 „ 51, 2 |
| 1015 ss., 1028 s. | I 116 | „ 16 „ 51, 1 |
| 1053 s., 1057 | I 116 | |
| 1208 s.[3], 1240 s., 1252 | I 117 | |
| II 5 ss., 15 s. | I 119 | „ 17 „ 51, 6 |
| 101 | I 119 | |
| 181 ss. | I 120 | „ 19 „ 51, 19 |
| 187 ss., 189 ss. | I 121 | |
| 223 | | „ 19 „ 51, 21 |
| 263, 268 s. | I 121 | |
| 273 s. | I 122 | |
| 289 s. | I 123 | |
| 321 | I 124 | |
| 328 ss., 331, 571 s. | I 125 | |
| 601, 604 ss. | I 125 | |
| 1062 | | „ 20 „ 52, 11 |
| 1282 s. | | „ 21 „ 52, 21 |
| III 66 ss. | | „ 13 „ 44, 5 |
| 72 | | „ 13 „ 44, 4 |
| 73 | | „ 13 „ 44, 7 |
| 1043, 1046 s., 1056 s. | I 130 | |
| IV 518 s. | I 137 | |
| 578 s., 581 s. | I 134 | |
| 586 ss., 646 | I 134 | |
| 869 ss., 878 | III 171 | |

[1] v. p. 30. [2] v. p. 29. [3] v. p. 28.

**Apollonii Rhodii**

| | Apd. | Hyg. |
|---|---|---|
| IV 915 ss. | I 135 | f. 14 p. 48, 16 |
| 938 | I 136 | |
| 964 s. | I 137 | |
| 1106 ss. | I 138 | „ 23 „ 54, 2 |
| 1641 s. | I 140 | |
| 1644 | I 141 | |
| 1694 s., 1712 ss., 1714 ss. | I 139 | |

De verbis, quae mythographi ex commentariis petita narrationibus inseruerunt, vide Ed. Schwartz: Jahrb. f. klass. Philol. suppl. XII (1881) p. 451 s.; de Dionys. Scytobrach., Diss. Bonnae 1880, p. 22 ss.

# Vita.

Natus sum Rudolfus Goedel a. d. X. kal. April. a. 1886 Torgoviae in urbe provinciae Saxonicae, patre Richardo matre Margareta e gente Schmidt, quos ambo mihi adhuc superstites esse magnopere laetor. Borussus sum, fidem profiteor evangelicam. Inde a vere anni 1895 per quattuor et dimidium annos Gymnasium Torgovanum frequentavi. Examine pro maturitate academica superato vere anni 1904 almam matrem petii Halensem, ut studiis philologicis historicisque me dederem. Hieme anni 1905 Lipsiam me contuli, ubi academiae Lipsiensi adscriptus sum. Atque per sex menses in pulcherrima illa artium elegantium et ingenuarum sede Saxonica versatus Halas redii, ubi ad hoc tempus in numero fui civium academicorum.

Docuerunt me vel adhuc docent viri doctissimi: Bechtel, Blass †, Dittenberger †, Droysen †, Ebbinghaus †, Fries, Goldschmidt, Kern, Lindner, Menzer, Muff, Niese, Robert, Vaihinger, Wilcken, Wissowa Halenses; Lipsienses Brugmann, Immisch, Lipsius, Martini, Marx, Schreiber. Ad exercitationes me benigne admiserunt philologicas: Blass, Consbruch, Dittenberger, Ihm, Immisch, Martini, Wissowa, historicas: Droysen, Niese, Wilcken, archaeologicas: Robert, Schreiber.

Quibus praeceptoribus omnibus gratias habeo quam maximas, imprimis Carolo Robert, qui ad has quaestiones instituendas me non modo incitavit, sed etiam singulari benevolentia consilioque adiuvit. Deinde quantum debeam Georgio Wissowa, qui semper studiis meis tamquam optimus patronus consulebat, numquam reminisci desinam.